G dantur nobis comparantibus illas, reducentibus ad illas, adeo ꝙ phoc enũtiemus illas, quę nobis reddun-tur cuius ſpeciei ſint, an vulgatarum apud omnes, aut apud maiorem partem. & an ſint naturales, aut logicæ, aut alterius ſpeciei præmiſſarum ipſorum artificum. Quã do enim exercitati fuerimus ī hoc opere repetitis vicibus, eueniet nobis poteſtas inueniendi præmiſſas, ex quibus fiunt huius artis ſyll'i. Id autem, quod hanc rem uuat, eſt, ꝙ exerceamur in acceptione p̃miſ-H ſarum communium vulgatarum, quanto vniuerſalius poterimus, deinde illas partiamur quoad poſſibile fuerit, donec finiamus in vltimas ſpecies, hoc enim coaptat nobis ſumere plures p̃miſſas, ex quo ſpecies vulgatarum præmiſſarum ſunt etiam vulgatæ. vt. v. g. ꝙ proponamus dicere ꝙ oppoſitorũ ſcĩa ſit vna, & illam diuidamus in contraria, & relatiua, & reliqua oppoſita, cõtrariaq́, ipſa diuidamus in ſm olfactum contraria, & in viſu contraria, & in tactu contraria, & ſimi-I liter vnumquodq; quatuor oppoſitorũ: & hinc eueniet nobis abundare in pluribus præmiſſis, ſcilicet ꝙ contrariorum ſcientia ſit vna, & relatiuorum ſcientia ſit vna, & ſm hoc diuiſio contrariorum, & vniuſcuiuſque oppoſitorum faciet nobis euenire plures præmiſſas. exempli gratia, quia ex contrariorum diuiſione eueniet nobis, quòd caloris & frigoris ſcientia ſit vna, & albi & nigri ſcientia ſit vna: hoc itaque modo nobis eueniet poteſtas extrahendi præmiſſas.

MANTINVS

p̃nũ, vt ſunt illę regulę datę ad diſtinguẽdũ reliqua genera ꝓp̃nũ, ꝙ reducunt ad nos, vt cõparem⁹ ea illis, & ita reducant vt p hoc iudicemus de eo genere, qđ reductũ ẽ ex eis, cuius nã ſit generis, vtrũ. ſ. ex ꝓbabilibus apud oẽs, aut apud plures, & vtrũ ſint phyſicę, vel logicales, vel ex aliquo alio genere propõnũ profeſſorũ alicuius artis nã ſi p ſeuerem⁹ in hoc officio, ſępiſſimeq́; à nobis repetat, adipiſcemur ꝓfecto ex ipſo facultatẽ inueniendi ꝓp̃ones, ex quibus ſyll'i fiunt in hac arte. Cõducet aũt ad hoc negociũ, L ſi aſſueti fuerimus, ſeu exercitati in aſſumẽdis ipſis propõnibus vl'ibus probabilibus vl'iori mõ, quo aſſumi poſſint, mox diuidam⁹ eas, quo ad fieri poterit, donec perueniam⁹ ad vltimas ſpẽs: ſic. ſ. poterimus aſſumere plures propõnes, poſtq́ ſpecies propõnũ probabiliũ ſunt ét ꝓbabiles. Exempli gra, ſi aſſumamus propõnẽ noſtrã, ꝙ cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina, & nos diuidamus ipſa oppoſita in oppoſita cõtraria, & relatiua & reliqua oppoſita, diuidamusq́; inſup cõtraria i cõtraria ſm M viſum, & cõtraria ſm tactũ, & ſic de ſingulis quatuor oppoſitis oĩbus: & ſic multas aſſumemus ꝓp̃nes: nẽpe, ꝙ ſcĩa cõtrariorũ eſt eadẽ, & ſcĩa relatiuorũ eadẽ: & ſimiliter ét obtinebimus ex diuiſione ipſius contrarij & vniuſcuiuſq; oppoſitorum multas propõnes. exempli gra nos aſſumemus ex diuiſione & contrariorum, ꝙ ſcĩa calidi & frigidi eſt eadem, & ſcĩa de albo & nigro eſt eadem: hac ergo via, & rõne adipiſcemur facultatem aſſumendi ip ſas propõnes, atq; iuueniendi eas.

De

De Multiplicis distinctione. Cap. 13.

IPsum autem quotupliciter negociandum est, non solum quę tunc dicuntur ſm alium modum, ſed & rationes eorum tentandum assignare, vt non solum ꝙ bonum alio quidem modo dicitur iustitia, & fortitudo, habile autem, & salubre, ſed ꝙ & illa quidem eo quòd ipsa qualia quædam sunt, hæc autem eo quòd effectiua alicuius, & non eo ꝙ qualia quędam sunt: similiter aũt & in alijs. Vtrum aũt multipliciter, aut vno mõ specie dicit, ꝑ hęc considerandũ. Primũ qdẽ in contrario perspiciendũ, si multipliciter dr̃, siue spẽ, siue noĩe dissonet. Quędã. n. statim et nominibus alia sunt: vt acuto in voce contrarium est graue, in magnitudine autem obtusum: patet igitur, ꝙ contrarium acuto multipliciter dicitur: si autem hoc, & acutum. Nam ſm vtrunꝙ horum aliud erat contrarium: non enim idem acutum erit obtuso, & graui contrarium, vtriꝙ autem acutum contrarium. Rursum graui voce quidem contrarium acutum, magnitudine autem leue: quare multipliciter graue dicitur, eo ꝙ & contrarium. Similiter autem & pulchro, & quidem quod in animali turpe: ei vero, qđ est in domo, pernicioſum: quare ęquiuocum pulchrum. In quibusdam autem nominibus quidem nullo modo dissonat, specie autem manifesta in eis statim differentia est, vt in claro, & obscuro: vox enim clara, & obscura dicitur. Similiter autem & color. Ergo nominibus quidem nihil dissonant, specie autem manifesta in eis statim differentia est: non. n. similiter & color clarus dicitur, & vox clara: manifestum autem id est, & per sensum: nam eorum, quæ eadem sunt specie, idem sensus: at clarum, quod est in voce, & in colore, nõ eodem sensu iudicamus, sed hoc quidem visu, illud autem auditu. Similiter autem & acutum, et obtusum in humoribus, et in magnitudinibus, sed hoc quidem tactu, illud autem gustu. Nam neque hęc dissonant nominibus. neꝙ in seipsis, neque in contrarijs: obtusum enim est cõtrarium vtriꝙ. Amplius, si huic quidem est aliquid contrarium, illi autem simpliciter nihil: vt ei, quę est à potu delectationi, ea, quæ est à siti tristitia, contrarium, ei autem, quæ est ab eo quod est considerare ꝙ diameter est costæ incommensurabilis, nihil: quare multipliciter delectatio dicitur. Et ei quidem quæ est secundum mentem amare, odisse contrarium est: ei autem quæ est secundum corporalem actum, nihil: manifestum ergo quoniam amare ęquiuocum. Præterea in medijs. Si huic quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si vtrisque quidem est, non idem autem: vt clari, & obscuri in coloribus quidem aliquid est mediũ,

A mõ cõtrariorũ.

Locus ab ijs, i q bus repit alterũ cõtrarium.

Loc⁹ à medijs tertio.

D fuſcum, in voce autem nihil. Aut ſi forte raucum, quemadmodū quidam dicunt raucam vocē, mediū eſſe: quare æquiuocum clarum: ſimiliter & obſcurum. Inſuper ſi horū quidē plura media, illorum autem vnū, vt in claro & obſcuro. Nam in coloribus plūra media, in voce autem vnū, raucum. Rurſum in eo quod ſecundum contradictionem opponitur conſiderandū: ſi multipliciter dicitur. Nam ſi hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur multipliciter dicetur. Vt non videre multipliciter dicitur, vnum quidem non habere viſum, alterum autem non operari viſu. Si autem hoc multipliciter dicitur, neceſſarium eſt & videre multipliciter dici, vtrique enim non videre opponitur: vt ei quidem, quod eſt non habere viſum, habere: illi autem quod non
A priuatiõe & habitu. eſt operari viſu, operari. Amplius, in his quæ ſecundum priuationem, & habitum dicuntur, perſpiciendum. Si enim alterum
E multipliciter dicitur, & reliquum: vt ſi ſenſibile multipliciter dicitur, & ſecundum animam & corpus, & inſenſibile multipliciter dicetur, & ſm animam & corpus. Quod autem ſm priuationem & habitum opponuntur, quæ dicta ſunt manifeſtum: eo q̄ nata ſint vtrunq; ſenſum habere animalia, & ſecundum animum, & ſecundum corpus. Amplius autem in caſibus conſide-
A ſibꝫca. randum. Nam ſi iuſte multipliciter dicitur, & iuſtum multipliciter dicetur: ſecundum vtrunque enim iuſtorum eſt iuſtum: vt ſi iuſte dicitur, & ſecundum ſui cognitionem iudicare, & vt oportet: ſimiliter & iuſtum. Eodem autem modo & ſi ſalubre multipliciter dicitur, & ſalubriter multipliciter dicetur. vt ſi ſalubre dicitur hoc quidem ſanitatis effectiuum, illud autem conſeruatiuum, quoddā vero ſignificatiuū: & ſalubriter vel effectiue, vel conſeruatiue, vel ſignificatiue dicet. Similiter autē & in alīs,
F qñ ipſum multipliciter dictum fuerit, et caſus ab eo multipliciter dicetur: et ſi caſus, & ipſum. Conſideranda autem & genera ſm nomen p̄dicationum, ſi eadem ſint nominibus. Nā ſi nō eædē, manifeſtum eſt, qm̄ æquiuocum eſt qd̄ dr̄: vt bonum in cibis quidē effectiuum eſt voluptatis, in medicina aūt effectiuū ſanitatis, in anima vero qualē eſſe: vt caſtā vel fortē, vel iuſtam: ſilr aūt & in homine, aliquoties autem & qñ, vt in tempore bonū (bonum.n. dicitur in tempore) plerunq; aūt quantum in mediocri (dicitur .n. & mediocre bonum) quare æquiuocum bonum. Similiter aūt et candidū: in corpore quidē color, in voce autem bene audibile. Similiter aūt & acutum: non.n. ſimiliter idem in omnibus dicitur: nam vox acuta quidem velox (ſicut dicunt, qui ſecundū numeros armonici ſunt) angulus autem acutus, qui minor eſt recto:

gladius

A gladius vero, qũ eſt anguli acuti. Conſideranda etiã & genera eorum, quæ ſunt ſub eodem noſe, ſi diuerſa, & non ſubalterna ſunt: vt equus, hoc aũt animal, & hoc vas: diuerſa enim, quę ſm nomen eſt horũ ratio: nam hoc quidẽ aĩal, quid ſignificat, illud vero vas, quale quid. Si aũt ſubalterna ſint genera, non neceſſariũ diuerſas eſſe rõnes: vt corui animal, & auis genus eſt: qñ autem coruum dicimus auem eſſe & aĩal, quid dicimus eundẽ eſſe: quare vtraq; genera de eodem prędicantur. Similiter aũt & qñ animal volatile bipes coruum dicimus: dicimus aũt eandem eſſe: & ſic ergo vtraq; genera de coruo prædicanť, & ratio eorũ. In non ſubalternis generibus non accidit hoc: neq; enim qñ vas dicimus, animal dicim⁹: neq; qñ animal, vas. Conſiderãdum aũt non ſolum ſi in propoſito diuerſa ſunt genera, & non ſubalterna: ſed & in contrario. Si enim contrariũ multipliciter dr̃, manifeſtum qm̃ & propoſitũ. Vtile au

B tem ad definitionẽ inſpicere, quæ de cõpoſito fit: vt candidi corporis, & candidæ vocis: nã ſublato proprio, eandem rõnem oportet relinqui. Hoc aũt non accidit in æquiuocis, vt in ĩs quæ nũc dicta ſunt: nam hoc quidẽ erit corpus habẽs talem colorẽ, illud aũt vox bene audibilis: ſublato igiť corpore, & voce, nõ idem in vtraq; relinquitur: at oportet ſi vniuocũ eſſet candidũ, quod in vtraq; dr̃ eſſe idem. Sæpe aũt & in ipſis definitionibus latet aſſequens æquiuocum: quapropter & in definitione cõſiderandũ, vt ſi quis ſignificatiuum, vel effectiuum ſanitatis, cp moderate ſe habet ad ſanitatem, dicat eſſe, non refutandũ; ſed inſpiciendũ quid moderate quidem ſm vtrũq; dixit: vt ſi hoc quidẽ tale ſignificat, vt facere ſanitatem, illud aũt tale, vt ſignificare qualis quidẽ ſit habitus. Adhuc ſi non cõparabilia ſunt ſm magis, & minus, vel ſiłr: vt clara vox, clara veſtis: & acutus humor, & acuta vox: hæc enim neq; ſiłr di-

C cunť clara, vel acuta, neq; magis alterũ: quare æquiuocũ clarum, et acutũ: nam vniuocum oẽ, comparabile: aut enim ſiłr dicetur, aut magis alterũ. Quoniam aũt diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorũ diuerſæ ſpẽs ſunt, & dr̃iæ, vt animalis, & ſcientiæ (diuerſæ enim horum dr̃iæ) conſiderandum, ſi quæ ſub eodẽ ſunt noſe diuerſorum generum, & non ſuſtalternorũ diuerſæ dr̃ię ſint, vt acutũ vocis, & magnitudinis: differt enim vox à voce, eo quod acuta ſit: ſiłr & magnitudo à magnitudine: quare æquiuocũ acutum: diuerſorũ enim generum, & non ſubalternorũ diuerſæ differentiæ ſunt. Rurſum ſi eorũdem, quæ ſunt ſub eodẽ nomine, diuerſæ dr̃iæ ſunt: vt coloris qui eſt in corporibus, & in melodĩs. Nam eius, qui eſt in corporibus, cõgregatiuum, & diſgregatiuum viſus: eius vero, qui in melodĩs, non eædẽ dr̃iæ: quare æquiuocũ color: nam

A põnego nerum.

Locus à cõparatione ſignificatorum.

Idẽ i ante prædicamẽtis ca. 4. A dii4.

Color in melodijs, q & chirome, & cū tetracordis pceduntp quo hemitonia, & trihemitonium. Id autē ex musicis.

G nam eorundem, eædem differentiæ. Amplius, qm̄ species nullius A
est differentia, inspicere oportet, si eorum, quæ sub eodem sunt nomine, hoc quidem species est, illud aūtem differentia: vt clarum, quod in corpore quidem, species coloris, quod autem in voce, differentia. Differt enim vox à voce, eo q clara fit. De eo igitur, quod multipliciter dicitur, per hæc, & huiusmodi perspiciendum.

Sermo de Multiplicis, seu Aequiuoci distinctione, quod est secundum instrumentum. Cap. 13.

ABRAM MANTINVS

AD potestatē vero distinguendi nomen æquiuocum Arist. tradidit quindecim regulas. Quædam sunt, quæ sumuntur ab essentia rei, & illæ sunt quæ sumuntur ab
H illius definitione, & ab eius genere, eiusq; differentia. Et quædam sunt, quæ sumuntur ab ipsa re, quæ extra est, & sunt illæ, quæ sumuntur ab ipsis rem recipientibus & à comparationibus & à similitudinib⁹, & incœpit & tradidit cōtrariorum quindecim regulas. Prima regula est, quòd consideremus contrarium illarum rerum, de quibus dicitur nomen, quoniam si huius contrarium nomen occurrat de singulis nominis æquiuocatione, illud nomen dicitur nomen æquiuocatione, hoc au
I tem nobis ostenditur duobus modis, quorum vnus est, quòd illis contrarijs non sit vnum nomen, sed nomina diuersa. Verbi gra, quia acuitas significat dispositionem cultri, & dispositionem vocis, quando autem velimus scire, an quod significat in vno sit aliud ab eo, quod significat in altero, primo consideramus nomen contrarij in vtroque illorum, sicq; in voce inuenimus grauitatem, & in cultro inuenimus grossitiem, sicq; scimus acutiei nomen esse illis æquiuocum.

Secūdus

AD adipiscendam aūr facultatē distinguendi nomē æquiuocū, Aristoteles tradidit quindecim Regulas, quarū quędam sumunt ex substātia rei, & sunt illę, quæ sumun L
tur ex ipsa diffinitione rei & ex eius genere, & ex eius dria: quędam vero sumūtur à rebus extrinsecis, & sunt quidem res, quæ sumuntur ex oppositis ipsius rei, & ex cōparatione, & ex similitudinib⁹. Incępit aūt Arist. dare quinq; regulas, seu locos, quæ sumuntur ab ipsis cōtrarijs. Prima ergo regula est, vt consideremus cō trarium illarū rerū, de quibus illud nomen dr: nam, si nomen illius contrarij dicat de singula earum æquiuoce, tunc illud nomen dicit de illis rebus æquiuoce. hoc tñ bifariā innorescit nobis: primo quidē modo vt M
si illa contraria non habeant vnicū nomen, sed noīa varia & distincta. exempli gratia hoc nomen acutū, quod quidē significat aliquid in gladio & aliquid in voce. & cū voluerimus scire, vtrū id quod significatur in vno illorū, sit diuersum ab eó qđ significat in alio, tunc cōsiderare debem⁹ primo nomē ipsius cōtrarij in singulo eorum, & tunc inueniemus contrarium eius in voce esse graue, & ī gladio obtusum. & sic scim⁹ hoc nomen acutum esse eis æquiuocū.

Secūdo

ABRAM

A Secundus aũt modus eſt, ꝙ cõſideremus diſpoſitionẽ ipſorum met cõtrariorũ, quo ẽt indigemus, qñ fuerit vnũ nomen, gratia exempli vox clara, & aqua clara, qñ conſideram⁹ illius cõtrarium, inuenimus vnum nomẽ, quod eſt turbidum: qñ vero inſpicimus turbulentiam aquæ, inuenimus illã quãdam rem, quę accidit ei ſm viſum: turbulẽtia vero vocis eſt res, quæ ſm auditum euenit, & ſcimus ꝙ claritudo eſt nomen æquiuocum. Capitur autẽ iuuamen per hanc regulam, qñ huius diſtinctio
B in contrario fuerit notior q̃ illius diſtinctio in rebus, in quibus primo quærebam⁹ cognitionem nominis æquiuoci, prout per primam regulam recipiebatur iuuamen, qñ contrariorum nomina erunt diuerſa.

Tertia regula eſt, ꝙ conſideremus ambas res ex quibus capiebatur indicium de noïe, quia ſi vni illarum fuerit contrarium, & non fuerit alteri, ſcimus ꝙ nomẽ eſt æquiuocũ, ſicut eſt oblectamentũ, quod euenit ob laborem, & ob aquę potũ: vnius enim eſt contrarium, quod eſt ipſa ſitis, al
C terius vero non eſt aliquid contrarium. Quarta autem regula eſt, ꝙ conſideremus res, quas ſignificat nomine ipſum cõtrariũ: quia ſi vni ſit cõtrarium immediatum, alteri aũt mediatum, nomen eſt æquiuocum. Verbi gratia, dulcis ſermo, & dulcis ſapor, qñ inter dulcedinem, & amaritudinem ſermonis nõ eſt mediũ, inter ſaporis vero dulcedinẽ, & amaritudinem eſt medium, vt ſalſedo & cæteri ſapores. Quinta regula eſt, ꝙ vnius rerũ ſit contrarium, inter quas ſit vnũ mediũ, alterius aũt ſit cõtrariũ, ĩter quas ſint plura media.

Sexta

MANTINVS

Secũdo modo vt dignoſcamus ſignificatũ ipſorũmet contrariorũ, & hoc ẽt eſt nobis neceſſariũ ſcire, qñ vnum tm̃ fuerit nomen. exẽpli cauſa vox clara, aqua clara. nã ſi quæramus contraria horũ, inueniemus ea habere vnũ nomẽ, nempe turbulentia: ſed, cũ cõſideramus turbulentiã in aqua, inuenimus eã eſſe quid accidens ei in viſu. Turbulentia vero in voce eſt quid accidẽs in ipſo auditu, & ſic nouim⁹ hoc nomen, ſ. clarum eſſe æquiuocũ. Hęc aũt ſecunda Regula eſt vtiq; vtilis, qñ huius diſtinctio ꝑ contrariũ fuerit notior, q̃ ſit D diſtinctio eius ꝑ illas res, de quibus quærebamus notitiã nominis æquiuoci prius: quẽadmodũ illa prima regula iuuat, qñ noĩa ipſorũ contrariorum ſunt diuerſa. Tertia regula eſt, vt cõſideremus vnũ illorũ duo⁹ ſignificatorũ de quibus aſſumitur ſignificatio illius nominis: nã ſi vnũ illorũ habuerit contrariũ, alterũ vero nõ, tunc ſcimus illud nomen eſſe æquiuocum, vt eſt delectatio, quæ à ſcĩa habeť, & quæ à potu aquæ: nam hæc habet cõtrariũ, videlicet ſitim, illa vero nõ habet cõtrariũ. Quar- E ta Regula, vt cõſideremus ſignificata illius noĩs propoſiti, vtrum vnum eorũ habeat contrariũ mediatum, aliud vero mediatũ, tũc nomẽ illud eſt æquiuocum. exempli gratia dulcis eloquẽtia, & dulcis ſapor: nã inter dulcedinẽ ſermonis & eius amaritudinem nullum datur medium, ſed inter dulcẽ & amarũ ſaporẽ dat medium, videlicet ſalſum, & reliqua genera ſaporum. Quinta Regula eſt, ſi vnũ ſignificatorum habet contrarium habens vnum mediũ, aliud vero contrariũ habeat plura media.

Sexta

ABRAM

G Sexta autem regula eſt ab oppoſitis, quæ ſunt ſm contradictionem, quæ eſt, ꝙ ſi conſideremus an oppoſitum vnius rerũ dicatur nominis æquiuocatione cum alterius rei oppoſito, ſcimus ꝙ nomen eſt æquiuocum. Verbi gratia, vidẽtis eſt oppoſitum quod eſt non videns, hoc autem dicitur de duabus diuerſis reb⁹, quarũ vna eſt, ꝙ non ſit illi viſus, & altera ꝙ non vtatur viſu: hinc itaq; eſt manifeſtũ, ꝙ videns cum oppoſito dicitur æquiuocum. Septima regula eſt ſecundum modum priua
H tionis & habitus: nam ſi oppoſitum dicatur multipliciter, res, quam nomen ſignificat, dicit multipliciter. Verbi gratia, ſi ſentire de anima & corpore dicatur dupliciter, priuatio ſentiendi etiam dicitur dupliciter, ſicq; ſi ſanitas dicatur de illis æquiuoce, ſcilicet de anima & corpore: ægritudo itaq; de illis dicitur æquiuoce. Octaua regula eſt à caſibus, vt ſi iuſtũ dicatur multipliciter, iuſtitia dicitur multipliciter. Sed regu
I læ ſumptæ ab ipſo genere ſunt traditæ ab eo duæ numero, quarum vna eſt, ꝙ genera rerũ, de quibus ſumitur inditium de nominibus, ſint diſtincta, dico genera vniuerſalia, prout dicimus laudabile de ſaporibus, & laudabile de morib⁹, & laudabile de pluuia: laudabile enim ſaporum eſt duorum prædicamentorũ actionis, & paſſionis, ex quo ille agit, aut patitur in corpore laudabili paſſione, morum autem laudabile eſt ſm qualitatẽ, vt fortitudo & virtus, pluuia autem laudabilis eſt pro tẽpore.

Secunda autem regula eſt, ꝙ conſi detemus genera illarũ rerũ de quibus ſumit inditiũ, dico ipſa ꝓxima,

qñ

MANTINVS

K Sexta Regula eſt ſumpta ab oppoſitis ſm contradictionẽ, videlicet vt cõſiderem⁹ quoq; ipſum oppoſitũ, nam ſi oppoſitũ vnius illorũ ſignificatorũ dicatur æquiuoce, cum noſe oppoſiti ſignificati alterius, tunc ſcimus illud nomen eſſe æquiuocum. exempli gratia videns, cuius oppoſitum eſt non videns, quod quidẽ habet duo ſignificata diſtincta, vnum eſt, quod nõ habet viſum, aliud vero quod non vtit viſu: patet ergo ꝙ hoc nomen videns eſt æquiuocum.

Septima regula eſt ſumpta etiã ab oppoſito ſm priuationẽ & habitũ: L nam ſi oppoſitum dr̃ multis modis, id quoq;, qd ſignificat illud nomẽ, dicet multis modis. exẽpli gratia, ſi ſenſatio ſm animam & ſm corpus dr̃ duobus modis, priuatio i. inſenſatio dicet quoq; duobus modis: pari rõne ſi ſanitas dicitur de anima & de corpore ęquiuoce, ægritudo quoq; dicet de eis æquiuoce. Octaua regula & locus ſumit ab ipſis caſibus ſeu denominatiuus: nã ſi iuſte de multis dicat caſibus, iuſtitia quoq; de multis caſibus dicet. De locis aũt & regulis ſumptis ab ipſo genere. Ariſt. M dat duas regulas. Prima eſt, vt genera illorũ ſignificatorũ, quæ p illud nomen ſignificant ſint diuerſa: hoc eſt, ipſa genera vſia, vt cum dicimus bonũ in cibis, & bonũ in pluuia: nã bonũ in cibis in duobus exiſtit prędicamentis, videlicet agere, & pati, cũ agat vel patiat in corpore paſſionẽ bonã, bonum vero in moralib⁹ exiſtit in ipſa qualitate, vt fortitudo & caſtitas, bonũ quoq; in pluuia exiſtit in ipſo tpe. Secũda Regula eſt, vt cõſiderent genera illarũ rerum, quæ per illud nomen ſignificantur,

videlicet

ABRAM

A quando aſcendunt ad genus ipſum ſupremum, aut ad medium eis, & ſupremo, etſi illa genera fuerint diſtincta, & vnum non ſubintrat alterū, neque hoc nomen ſignificat illas res inquantum cōueniunt in ſupremo genere, hoc nomen eſt æquiuocum. Verbi gratia, aſinus dicitur de quodam vaſe quod arte fit ex ligno, & de animali, illorū enim genera proxima ſunt diuerſa, ſcilicet animal, & planta, & neutrum illorū alteri ſupponitur, nec aſini nomen illa ſignificat, inquantum connectuntur ſupre
B mo genere quod eſt ſubſtantia, quia ſi illa ſignificaret inquantum ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, diceretur de illis vniuoce. Verbi gratia, paſſer & pennatum ad auem, ſunt enim duo illi⁹ genera diſtincta, quæ ad vnum genus aſcendunt, auis autem non dicitur nominis æquiuocatione de eis, ex quo paſſer continetur in habēte pennas. Vndecima regula ſumitur ex definitione: hæc autem fit in definitionibus rerum compoſitarum, quæ ſignificant ſingulas partes compoſitorum per ſim
C plices dictiones, prout dicimus eclipſim Lunæ & eclipſim Solis, noſenī quando cōſideramus & meditamur talia, auferimus rem qua differunt omnia ſubiecta, & definimus id, qđ eſt illis commune, & inuenimus illud diuerſum: nomen itaq; eſt æquiuocum, vt ſi definiremus eclipſim Lunæ & comperimus illam, quòd ſit illius caſus in vmbræ piramidē, & definiremus eclipſim Solis, & illā comperimus eſſe Lunæ interſtitiū inter

MANTINVS

videlicet ꝓpinqua, ſi ꝓtingat ea aſce D dere ad aliqđ gen⁹, ſiue ad ipſmmet ſuprem ū, ſiue ad illud qđ eſt mediū ĩter ipſa & ipſum ſupremū, & ſi illa gña ꝓpinqua fuerint diſtincta, & alterū eoꝝ nō ſubalternat alteri, neq; illud nomē ſignificet illas res, ea rōne, qua cōtinēt in gñe ſupremo, tūc illud nomē eſt æquiuocū. Exēpli gr̃a, hoc nomē aſinus, quod dr̃ de inſtro ſeu vaſe arte cōfecto ex ligno, & de ipſo aīali: nam genera eorū propinqua ſunt vtiq; diſtincta, & alterum nō ſubalternat alteri, neq; illud nomen aſin⁹ ſignificat eas res ea rōne, E qua continent in genere ſupremo, quod eſt ſubſtātia: nā ſi ſignificaret eas ea rōne qua ſunt in ꝑdicamento ſubſtātiæ, tunc nomen aſini diceret de eis vniuoce: ſiꝛ quoq; ſi illa duo gña propinqua ſubijcerent alterū alteri, tūc illud nomen diceret de eis vniuoce. Exempli gr̃a auis & pennatū de ipſo volatili, ſunt enim ei duo genera diſtincta, q̃ ad vnū aſcēdunt genus: volucre aūt non dr̃ æquiuoce, cū auis cōtineat in ipſo pennato.

Vndecima Regula eſt ſumpta ab ipſa diffinitione: & hoc videlicet in F diffinitionibus rerū cōpoſitarū, quę ſignificāt vnāquāq; particulā ipſius cōpoſiti ꝑ dictionē ſimplicē, vt cum dicimus eclypſim Lunæ, & eclypſim Solis: qñ enim noscōſideram⁹ ſignificata horū, & auferimus id, quo diuerſificant, hoc eſt ipſum ſubiectū, & definimus id qđ eſt eis cōe, & inuenimus ipſum diuerſum, tūc illud nomē eſt æquiuocū, vt ſi diffiniam⁹ eclypſim Lunæ, ſeu deliquiū, & inueniamus ipſum eſſe, cū cadit in py ramide ipſius vmbræ, & diffiniam⁹ deliquiū Solis & īueniam⁹ ipm eē,

cū

ABRAM

G inter nos & illũ, ſicq; ſcimus eclipſis nomen illis eſſe æquiuocũ. Et aliqñ eſt vtũ, ꝙ noſa partiũ definitionis dicantur æquiuoce, & expedit ꝙ in illis ꝓcedamus prout proceſſim⁹ in ipſis definitionibus. Regula duodecima ẽt ſumit̃ ex eo ꝙ ẽ magis & minus & ęquale, hoc ẽ, ꝙ cõſiderem⁹ alterã duarũ rerũ, de qua dr̃ illud nomen, etſi inter illã & alterã nõ fuerit cõparatio ĩ ſuis ſubꝫis ſm magis aut min⁹, aut ęq̃le, illas duas res ſignãt. ęquoce. V.g. acuties vocis, & cultri nõ dr̃ ꝙ vnius acuties ſit alteri⁹ acu

H tiei ęqualis, aut magis. Et duæ regulæ ſunt ex ipſa dria, quarũ vna eſt, ꝙ conſideremus an res, quas vno noĩe ſignificãt, ſint dr̃iæ ſupremorũ generum diuerſorũ, aut mediorum, quorum vtrunq; aſcendat ad vnũ ſupremum aliud, ab illo ad qđ aſcẽdit alterum. Nam ſi ita erit, illud nomẽ eſt æquiuocũ. V.g acuties vocis & cultri: vocis.n. acuties eſt alia, & diſcrimen acutiei ẽ de differẽtijs ꝓdicamenti qualitatis, cultri aũt acuties & acutiei diſcrimen ẽ de differẽtijs ꝓdicamenti ſubẽ: ſecũda aũt regula eſt,

I ꝙ cõſideremus res quas ſignificat illud nomẽ, & ſi ipſarũ dr̃iæ ipſas diuidentes fuerint diuerſi, nomen erit æquiuocũ. V.g. digeſtum dr̃ deguſtata re & de ea quæ addiſcitur: dr̃iæ enim diuidentes rem, quæ addiſcit, ſunt dr̃iæ diuidentes diſciplinam, & illã cõtinentes: digeſtum aũt, quod ſignificat rem guſtatam, nõ diuidit̃ his differentijs. Alia aut̃ poſtrema regula eſt, qñ vna harum duarũ rerum, quas ſignificat nomen, ſit differentia, & altera ſit ſpecies. Hæ itaq; ſunt regulæ quas tradidit in dignoſcendo nomen ęquiuocum.

MANTINVS

cũ Luna ĩterponit̃ ĩter viſum nr̃m, K & ipm Solẽ, tũc ſcim⁹, ꝙ nomẽ delt quij, vel eclipſis eſt eis ęquiuocum.

Inqt: Qñq; partes deſiõnis dr̃ ęquoce, & tũc opꝫ vt ꝓcedam⁹ in eis ſicut ꝓceſſim⁹ in ipſiſmet deſiõnib⁹.

Duodecima Regula quoq; ẽ ſumpta ab eo, qđ eſt ſm magis vel min⁹, aut ſm ęqualitatẽ, nẽpe vt conſtdere mus alterã duarũ rerũ de quib⁹ dr̃ illud nomen, & ſi nulla det̃ cõparatio ĩter vnã & alterã, ĩ ſuis ſubiectis ſm magis vel min⁹ vel ſm ęq̃litatẽ, tũc illę dr̃ię res ęquiuoce ſignãnt̃, exẽpli gr̃a acuta vox, acut⁹ gladi⁹: nã nõ di L cet̃ alterã acuitatẽ eſſe ęqualẽ alteri, neq; maiorẽ ea. Et duæ regulæ dant̃ de ipſa dr̃ia. vna ẽ, vt ꝓſiderem⁹ vtrũ illę res, q̃ ꝑ vnũ nomẽ ſignãnt, ſint dr̃ię generũ ſupremorũ diuerſorũ, aut mediorũ, & vnaquæq; earũ aſcẽdat ad vnũ gen⁹ ſuprem̃ diuerſum ab illo, ad quod aſcẽdit altera, exẽpli gr̃a acuties ĩ voce & acuties ĩ gladio: nã in voce acuties & inacuties eſt de differẽtijs ꝓdicamẽti qualitatis, ſed ĩ gladio acuties & ĩacuties ſunt ex differẽtijs ꝓdicamẽti ſubẽ: ſecũda regu

M la eſt, vt cõſiderem⁹ illas res, quas illud nomẽ ſignificat: & ſi earũ dr̃iæ diuiſiuę fuerint diuerſę, tũc illud nomẽ eſt ęquiuocũ: exẽpli gr̃a cũ dr̃ ibus de re guſtabili & d re diſciplinabili, qñ dr̃iæ, quæ diuidũt rem diſciplinabilẽ, ſunt dr̃iæ, quę diuidunt diſciplinã & q̃ eã cõtinẽt: ſed cib⁹, quod qdẽ ſignãt̃ res guſtabilis, nõ diuidit̃ illis differẽtijs. Extat & alia dr̃ia, nẽpe cũ vna illarũ duarũ rerũ, quę per illud nomẽ ſignificant̃, fuerit dr̃ia, altera vero fuerit ſpẽs. Hæ itaq; ſunt oẽs regulæ, quas Ariſt. tradidit prodignotione nominis æquiuoci.

De

De Differentiarum inuentione, Similium conſideratione, & vtilitatibus inſtrumentorum. Cap. 14.

A Differentias autem in ipſis generibus ad ſeinuicē perſpiciendum: vt quo differt iuſtitia à fortitudine, & prudentia à tē perātia: hæc enim omnia ex eodem genere ſunt, ex virtute. Et ex alio ad aliud, vt in ñs quæ non nimiū differunt: vt in quo differt ſenſus à ſcientia: nam in ñs, quæ multum differunt, manifeſtæ ſunt omnino dīriæ. Similitudinem aūt conſiderandum in ijs quæ ſunt in diuerſis generibus: vt ſicut alterū ad alterum quidem, ſic aliud ad aliud: vt ſicut ſciētia ad ſcibile, ſic ſenſus ad ſenſibile: & vt alterum in altero aliquo, ſic aliud in alio: vt quemadmodum viſus in oculo, mens in aīa, & vt tranquillitas in mari, ſerenitas in aere: vtrunq; enim quies. Maxime aūt in ñs, quæ multum diſtāt exerceri oportet: facile enim in reliquis poterimus ſimilia inſpicere.

Dfiarum inuentio.

Similiū cō ſideratio.

B Conſiderandum aūt & ea, quæ ſub eodem ſunt genere, ſi quid in eſt oībus idē: vt homini, & equo, & cani: nā ſi ineſt aliquid eis idē, in eo ſunt ſimilia. Vtile aūt ipſum quidē, quod quotupliciter dicitur, conſideraſſe, ad diluciditatē maxime aūt quis ſciet quid ponatur, manifeſto facto quotupliciter dicitur. Et ad fieri ſecundum rem eandem, & nō ad nomen ſyllogiſmos: ſi enim immanifeſtum ſit quotupliciter dicit̄, contingit non ad idem ēt qui reſpondet, & qui interrogat, ferre intellectum: manifeſto aūt quotupliciter dicitur, & ad quid ferens ponat, ridiculus videbitur interrogans eſſe, ſi non ad hoc ſermonem faciat. Vtile etiā, & vt non falſa rōne decipiamur, ſed decipiamus potius: nam ſciētes quotupliciter dicitur, non allucinabimur, ſed ſciemus ſi nō ad idem ſermonem faciat is, qui interrogat, & ipſi interrogantes poterimus apparenti ratioci-
C natione fallere, niſi is qui reſpondet agnoſcat quotupliciter dicit̄. Hoc non in omnibus ſemper poſſibile, ſed qñ fuerint eorum, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem vera, alia autem falſa. Eſt autē proprie non conueniens modus hic dialecticæ: quare omnino vitanda dialecticis huiuſmodi ad nomen diſputatio, niſi quis aliter non poſſit de propoſito differere. Differentias aūt inuenire vtile, & ad ſyllogiſmos de eodem, & diuerſo, & ad cognoſcendum quid eſt vnumquodq;. Quod aūt ad ſyllogiſmos de eodem, & diuerſo vtile, manifeſtum: inuenientes enim dīam propoſitorum quamlibet, oſtendentes erimus, qm̄ non idē. Ad cognoſcēdum aūt quid eſt vnūquodq;, eo q; propriā ſubſtantiæ, cuiuſq; rationē, ñs, quæ circa vnūquodq; ſunt, accōmodatis differentijs ſeparare ſolemus.

A ſpecie.

Vtilitates conſidera tiōis multiplicis.

Vtilitates inuētionis dfiarum.

Vtilitates conſidera tiōis ſimilium.

Similitudinis aūt conſideratio vtilis eſt ad inductiuas rationes, & ad ſyllogiſmos ex ſuppoſitione, & ad aſſignationē definitionū:

Ad

G Ad inductiuas quidem rationes, eo ꝙ circa ſingula in ſimilibus in k
ductione, vſe exiſtimámus inducere: non enim facile eſt inducere
ignorãtes ſimilia. Ad ſyllogiſmos ex ſuppoſitione, eo ꝙ probabile
eſt quemadmodũ in vno ſimiliũ ſe habet, ſic & in reliquis. quare
Hypothe- ad quodcunq; eorum facultatẽ habebimus diſputandi, profitebi-
ſis. mur quemadmodum in his ſe habet, ſic & in propoſito habere. id
enim oſtẽdentes, & propoſitũ ex ſuppoſitione oſtendentes erim⁹:
ſupponentes enim qũo in his ſe habet, ſic & in propoſito ſe habere
demonſtrationẽ faciemus. Ad definitionum aũt aſſignationem,
eo ꝙ potentes conſpicere quid in vnoquoq; idẽ, non dubitabim⁹
ad quid oporteat genus. cũm definiem⁹ propoſitũ, collocare: nam
cõmunium quod maxime in eo quod quid prædicat, genus erit.
A multũ diſtãtib⁹. Similiter aũt & in multum diſtãtibus vtilis ad definitiones ſimi
litudinis conſideratio: vt quod idẽ tranquillitas in mari, & ſereni
H tas in aere: vtrũq; enim quies: & qm̃ punctum in linea, & vnitas L
in numero: vtrunq; enim principiũ: quare cõe in omnibus genus
aſſignantes, arbitrabimur nõ extranee definire. Penè aũt & defi-
nientes ſic ſolent aſſignare: nam & vnitatẽ principium numeri di
cunt eſſe, & punctũ principiũ lineæ: manifeſtũ igitur, qm̃ ad cõe
vtrorũq; genus collocant. Inſtr̃a itaq;, per quæ ſunt ſyll̃i, hæc ſunt:
loci autem, ad quos vtilia ſunt prædicta, ꝝ ſunt qui dicendi ſunt.

Sermo de poteſtate ſumendi Differentias, de Similium conſideratione, & Vtilitatibus inſtrumentorum. Cap. 14.

ABRAM

POteſtas vero ſumẽdi dr̃iam eue
nit exercitio ſumẽdi dr̃iam rei
vehemẽtis ſiſſitudinis vnius earũ, q̃
vſr̃ ſunt tres ſpẽs. quarũ Vna eſt ſiſſi-
I tudo acceptionis dr̃iarũ rerũ, q̃ ſub-
ſunt vni generi ꝓximo, prout ſunt
fortitudo & æqtas: ſuũ enim gen⁹ ẽ
vnũ, ſcilicet virt⁹, ſed fortitudo ẽ circa
res timẽdas, & æquitas ẽ circa res
q̃ fiunt hominũ cõmertijs, & hę sũt
illarũ dr̃iæ, quib⁹ differũt. Secunda
aũt ſpẽs eſt, ꝙ ſumamus dr̃ias rerũ,
q̃ ſubſunt vni generi remoto, prout
eſt prudentia & temperantia, ſuum
enim remotũ genus eſt ipſa virtus,
ſed prudẽtia eſt in parte cogitatiua,
& tẽperantia in parte cõcupiſcente.

MANTINVS

FAcultas vero aſſumẽdi dr̃ias ac-
quirit, quidem exercitatione &
vſu in aſſumẽdis differẽtijs rerũ val
de ſimiliũ, quarum tres ſunt modi. M
Primus eſt, cũ ſumuntur dr̃iæ rerũ,
quæ ſub vno genere propinquo cõ-
tinent, vt fortitudo, & iuſtitia: nam
genus propinquũ ipſarũ eſt vnũ, vi
delicet virt⁹: verũ ipſa fortitudo cõ-
ſiſtit in rebus humoroſis, iuſtitia ve
ro in cõmercijs & actionibus, quæ
inter hoĩes fiunt: & hæ ſunt earũ dif
ferentiæ quibus diſtinguunt. Secun
dus modus eſt, cũ ſumunt dr̃iæ rei,
quæ in vno genere remoto cõtinen
tur, vt prudẽtia in virtute intellecti
ua, & tẽperãtia ĩ parte cõcupiſcibili,

Ex Tertius

ABRAM

A Et tertia ſpecies eſt dñiarum rerum, quę ſubſunt generibus ſupremis, qñ illis rebus contigerit ꝙ ſint ſimiles, prout eſt conſideratio illius, quo differt ſenſus à ſcientia, cùm hoc ꝙ ſenſus ſit de prædicamẽto relationis, & ſcĩa de prædicamẽto qualitatis, ſimilitudo enim inter illos ẽ nimia: proportio enim ſenſus ad ſenſibile eſt proportio ſcientiæ ad ipſum ſcibile.

Poteſtas vero ſumendi veriſimilitudinẽ, fit exercitio ſumendi ſimilitudinẽ inter res diſtinctas, ꝓput fit poteſtas ſumendi dñias exercitio ſu
B mendi dñias rerum ſimiliũ. Similitudo aũt eſt dupliciter, ſimilitudo ſm modũ proportionalitatis, aut ſecundum rem, quæ ambiat ipſa ſimilia, & aliqñ comperiuntur in vna eadem re ambæ ſimilitudines ſimul. V g. ſenſus, & intellectus ſunt ſiles, quatenus ſunt quædam conceptiones, necnõ rõne proportionalitatis: quia diſpõ intellectus ad animã eſt, ſicut diſpoſitio ſenſus ad viſum. Hę itaq; ſunt res, quæ nobis cõflant poteſtatẽ horum quatuor inſtrõtum.

Trium autẽ horum inſtrõtum,
C quæ ſunt nominis æquiuoci dignotio, & dñiarum acceptio, & ſimilitudinis ſumptio, eſt iuuamen cõe, & iuuamen propriũ. Commune quidem iuuamen ẽ, quo facilior fit eductio præmiſſarũ ipſarumq; inuentio, qñ enim nos diuiſerimus nomẽ æquiuocũ in ſua ſignificata, & hoc in ſubiecto præmiſſæ, aut ipſius prędicato, aut vtroq;, vna præmiſſa redit nobis plures præmiſſæ: ſicq; qñ diuideremus rerũ differentias, quas putaueramus primo eſſe vnam, redditur vna præmiſſa duæ, & hinc nobis eueniunt duæ præmiſſæ.

Singulis

MANTINVS

Tertius modus fit, ſi ſumant dñiæ re D
rum, quæ ſub generib' ſupremis cõtinent, ſi cõtingat illas res eſſe ſiles, vt cũ cõſiderat, in quo nam differat ſenſus ab ipſa ſcĩa, licet ſenſus ſit ex ꝑdicamẽto relationis, & ſcĩa ex ꝑdicamẽto qualitatis: qm̃ inter ipſa magna extat ſimilitudo. nam eadẽ eſt proportio & rõ ipſius ſenſus ad ſenſibile, quæ eſt ſcientiæ ad ſcibile.

Facultas vero ad aſſumendã ſiſitudinẽ acquirit ex vſu aſſumptiõis ſiſitudinis inter res diuerſas, quẽad modũ facultas, quã habem' ad aſſumẽdas dñias, orit quidã in nobis ex E
vſu aſſumẽdi dñias rerũ ſiſiũ. ſiſitudo ꝓterea ẽ duplex. nẽpe vel ſm analogiã, vel eſt ſimilitudo ſm aliquid cõe ipſis ſimilibus: qñq; tamen reperiuntur in eadem re vtraq; ſimilitudo ſimul. exẽpli gratia, ſenſus, & intellectus: ſunt enim ſimiles, quaten' ſunt cognitiones, & ſm analogiam: nam ita ſe habet intellect' ad aĩam, ſicut ſenſus ad viſum. Hęc itaq; ſunt ea, quę præſtant nobis facultatem in his quatuor inſtrumentis.

Tria aũt horum inſtrõrum, vide
F licet diſtinctio noĩs æquiuoci, & differentiarũ inuẽtio, ac ſiſitudinis cõſideratio, ꝓſtant qdẽ vtilitatẽ cõem, atq; vtilitatẽ propriã. Cõis aũt vtilitas eſt, quia ꝑ hæc facile ꝓpõnes ſumentur, ac inuenientur: nam, cum diſtinxerimus nomen æquiuocũ in ſua ſignificata, & hoc ſiue ſubiectũ ꝓpõnis, ſiue prædicatũ eius, ſiue in vtriſq;, vna propoſitio efficietur plures: ſimiliter quoq;, ſi inuenerimus differentias rei, quã exiſtimauimus primo ipſam eſſe vnã, tunc illa vna propoſitio euadet plures, & ſic habebimus ex hoc duas propoſitiones.

Log. cũ cõ. Auer. D Vtili-

ABRAM

G Singulis veto horum trium iuuamina propria ſunt: æquiuoci quidem nominis cognitioni vna cum præfato, tria iuuamina. Primum quidem iuuamen patens eſt manifeſtatio, & hoc quidem iuuat quærentem & reſpondentem: quærētis quidem iuuamen eſt, quia quando quęritur nomine æquiuoco, intelligeret ex illo admiſſionē alterius duorum ſignificatorum, quæ ſignificat, & interdum abſtineret illud admittere ob cauendum ſignificatum illi commune ſecundum nomen, &
H putaret ꝙ quæſiuiſſet de hoc quod eſt apud eum impoſſibile, quærens autem hoc opere illi oſtenderet ſignificatum quod intenderat admittendum, & illud admitteret.

Reſpondenti vero iuuamen eſt, quia aliquando quæreretur ab eo ſignificatum, quod non noceret ei illud admittere, & cum illo in nominis ſignificatione incluſum eſſet ſignificatum, quod redderetur ad deſtruendum eius poſitionem. Poſſet enim ille admittere quod ſignificat nomen æquiuocum abſq; di-
I ſtinctione, & nō crederet quòd quęrens illi inferret deſtructionem eius poſitionis. Secundum vero iuuamen eſt, quòd quærens & reſpondens non ferant orationem de duobus rebus diſtinctis, & putent interloqui de vna re, & quod eſt in mēte vnius ſit aliud ab eo, quod ē in mente alterius, & quod vnus deſtruir, ſit aliud ab eo, quod deſtruit alter: hoc autem eſt manifeſtum, ꝙ eueniat illi, qui ignorat quid ſignificet nomen æquiuocū abſq; diſtinctione. Tertium autē iuuamen eſt, ne erret audiens, neq; loquēs in ſyllogiſmo,

quādo

MANTINVS

Vtilitas vero propria ſingulis horū K
triū hæc vtiq; eſt: nēpe ꝙ cognitio noīs æquiuoci ꝑter id quod iā prędictū fuit, habet quidē tres vtilitates. Prima vtilitas eſt diluciditas & manifeſtatio, & ex hoc ſuſcipient iuuamentū opponēs, & reſpōdens: opponens aūt, ſiue interrogās, ideo iuuat ex hoc, quia cū ipſe interrogat aliqd per nomen æquiuocū intelligit per ipſum vnū quoddam ſignificatū ex illis ſignificatis, quæ ſignificat illud nomen, & qñq; reſpondens recuſat acceptare illa ſignificata, quia recuſat illa ſignificata æquiuoca ſm no- L
men, & putat ꝙ ille interrogauit de illo ſignificato recuſato ab ipſo, qđ eſt apud eū impoſſibile, & hoc officio declarat ipſe interrogans ipſi reſpondenti illud ſignificatum, quod ipſe intendit & acceptabit ipſum.

Reſpōdenti quoq; eſt id vtile, propterea quia multoties interrogabit de aliqua re, quā ſi conceſſerit, & acceptauerit, nihil ei nocebit, in qua tamen re continebit ſm ſignificationem illius noīs, aliquod ſignificatū, quod iterū deſtruet illius ſuppoſitionem, quia ipſe cōceſſit id quod ſignifi- M
cat illud nomen æquiuocū ſine diſtinctione, & nō crediderit ꝙ ex hoc ipſe interrogās inferat deſtructionē ſuæ poſitionis. Secūda vtilitas eſt ne interrogās & rñdens diſputēt de duab⁹ rebus diſtinctis, & putēt ſe de vnica re diſputare, & id, qđ eſt in aīa vnius, eſt aliud ab eo, qđ in aīo alterius exiſtit, & id, qđ deſtruit alter eorū, eſt aliud ab eo, qđ deſtruit ab altero: manifeſtū aūt eſt hoc contingere illi, q̄ ignorat, qd ſignificet nomen æquiuocū. Tertia vtilitas eſt, ne decipiat audiēs & loquēs ī ſyll'o:

nam,

ABRAM

A quando illius præmiſſæ ſignificant nomine æquiuoco, & quoddã illorum ſignificatorũ, quæ ſignificant illud nomen, ſit verũ, & aliquod falſum. & poſſet putari falſum eſſe verum, & verũ eſſe falſum, & diuulgatum eſſe abſonũ, & abſonum eſſe diuulgatũ, & putaret de eo quod non eſt ſyllꝰs, ꝙ ſit ſyllꝰs: putaret enim ꝙ ipſum idem prædicatũ minoris ſit ſubiectũ maioris, cum ipſum eſſet aliud, & putaret ꝙ ibi ſit concluſio, cũ ibi nulla res ſit illata: quatenꝰ aũt ex nomine ęquiuoco poſſet euenire

B fallacia, qua homo poſſet decipere aliũ, hoc opus prius eſt ſophiſticũ q̃ topicum: ipſe vero topicus indiget illo, dũ reſpondens extorquetur deuiando extraneis rñſionibus, & fiũt illi difficiles, & abſtinet ab admittendo rem, de qua reciperet iuuamen, & de hac re quęreret ab illo nomine æquiuoco, quod ſignificaret illã, & aliã rẽ, de qua nõ caperet iuuamen, & reſpõdens admitteret illud putãs de eo, ꝙ ex quo hoc nomẽ ſignificat rem, quæ nõ iuuat quęrentẽ expedit ei concedere hoc nomen ſm hoc ſi-

C gnificatũ, quod confert quærenti iuuamen, & ex illo inferret ipſe quęrẽs rem, quã ab initio rei propoſuerat, quã admittere cauebat, niſi ꝙ hoc opus deceptoriũ fit in hac arte p accidens. Verũtamẽ poteſtas ſumendi dr̃ias confert cõſtitutioni definitionis ſingularũ rerũ, ipſamq; noſſe facit per id, quod proprie ipſam cõcernit, eo ꝙ dr̃ia eſt, qua ſpecies p ſe diſtinguit̃ à ſpecie ſecum conuenienti in genere, & confert iterũ iuuamen locis de eodem, & de alio, quando enim manifeſtantur differentiæ, fit manifeſtum ipſum aliud.

Iuuamen

MANTINVS

nam, cũ p̃miſſæ fuerint æquocæ, & D illarũ rerũ, q̃ ſignificant̃ p illud nomen, aliqua ſit falſa, aliqua vera, poterit exiſtimari id, qđ eſt falſum eſſe verũ, & verũ eẽ falſum, & ꝙ impoſſe ſit ꝓbabile & ꝓbabile impoſſe, & id, qđ nõ eſt ſyllꝰs, ꝙ ſit ſyllꝰs: q̃m poterit exiſtimari ꝙ illudmet p̃dicatũ, qđ eſt in minori ꝓpõne ſit ſubiectũ in maiori, cum tñ ſit aliud, & exiſtimabit̃, ꝙ adſit ibi concluſio, cum tñ nihil ſit ibi illatũ: p id aũt qđ, cõtingit deceptionis ex noĩe æquiuoco, poterit qs alios decipere: verũ hmõi officiũ principaliusẽ in ſophiſticis, E ſeu elenchis, q̃ in dialecticis. Verũ tñ erit coactꝰ vti hoc officio ipſe dialecticus qñ rñdens peruerſe cauillat cõtra ipſum rñſionibus incongruis, q̃ ſunt apud eũ difficiles, & ſic nõ poterit recipere, & acceptare id, qđ põt vtilitatẽ afferre: & ſic interrogabit de ea re aliquo noĩe æquoco ſignificãte eã, & aliã rem, q̃ nullã affert vtilitatẽ, & acceptabit illud ipſe rñdẽs, cũ putet, ꝙ poſtq̃ illud nomẽ ſignificat illã rem, q̃ nullã affert vtilitatem ipſi interrogãti, põt acceptare illud nomẽ iuxta illud ſignificatũ, qđ af- F fert vtilitatẽ ipſi interrogãti, & tunc ipſe ĩterrogãs ĩferet ex hoc illã rem, quã ꝓpoſuerat ab initio ꝓbare, & nõ poterat eã cõcedere. Verũtñ hoc offm̃ eſt ſophiſticũ, tñ fit ĩ hac arte p accñs. Vtilitas vero facultatis inuẽtionis dr̃iarum cõducit ad aſſignationẽ diffinitionis vniuſcuiuſq; rei, & cognitionẽ rei, q̃ eſt ei propria, cũ ipſa dr̃ia ſit, qua diſtinguit̃ ſp̃s p ſe à ſpẽ diuidẽte ipſam p gen̄: & hoc eſt vtiq; vtile ad loca, q̃ ſunt de eodem, & diuerſo quoq;: nã notificatus differẽtijs notificant̃ & diuerſa.

ABRAM

G Iuuamen vero poteſtatis ſumendi ſimilitudinem decet tribus rebus: quarum vna eſt ipſa inquiſitio: ſecunda ſunt ſyllogiſmi, qui proprie poſitiones nominantur, hoc eſt conditionales: & tertia ſunt ipſæ definitiones. Huius vero iuuamen ad inquiſitionem patet, quia ſciendo ſumere ſimilitudinem ipſius conſimilitudinis euenit ſyllogiſmus poſitionis hic enim manifeſtationis modus fit ſecundum modum credulitatis, quando enim aliquid alicui ineſſe, aut aliquo auferre oſtẽ
H dere proponimus: hanc commonſtrationem transferimus ad huius ſimile, de quo eſt notum, quòd id, qnod ſequitur huius rei ſimile, ſequatur hanc ipſam eandem rem. Definitionibus autem confert iuuamen, quia per eam oſtenditur proximum genus, quod in definitione ponitur, ſicut per ſcientiam differentiæ dignoſcitur id, quod proprie ipſam concernit, & vt vniuerſalius inquam, niſi ſumeretur ſimilitudo, impoſſibile eſſet cuipiam euenire vniuerſale aliquod tanto minus eſ-
I ſentiale: & ideo exercitium ſumendi ſimilitudinem & differẽtiam eſt, quo nobis ipſi conſtamus de acceptione rerum eſſentialium in ſyllogiſmis demõſtratiuis. Et aliquando etiam ſumitur iuuamen de ipſa ſimilitudine ad acceptionem definitionum rerũ nimis remotarum ſecundum ſuam eſſentiam, ex quo inter illas fuerit proportio aliqua, & ponitur hæc res, qua proportionantur, tanquam illarum genus.

Verbi

MANTINVS

Vtilitas vero facultatis inuẽtionis, k
& conſiderationis ipſorũ ſimiliũ ad tria ſe extẽdit. Primo ad ipſam ĩductionẽ faciendã. Secũdo ad ſyll'os, q̃ ꝓprie dicunt ſylli ex ſuppoſitione, ſeu hypotheſi, hoc eſt conditionali. Tertio ad ipſas diffinitiões aſſignandas. Eſt itaq; manifeſte vtilis cõſideratio ſimiliũ ad ipſam inductionẽ, propterea q̃ notitia ſimilitudinis, q̃ eſt ĩter res, de q̃b' ſit inductio, verificat inductionẽ: nam ſi nõ fuerit nota illa ſi'litudo, q̃ inter eas exiſtit, nulla apparebit ibi inductio. Eſt ꝓte rea manifeſte vtilis ad ſyll'os condi- L
tionales, q̃a cognita cõſideratione, & inuẽtione ſimilitudinis efficietur ſylli's ex ſuppoſitiõe, & is modus probationis eſt ſm modũ permutationis. nã, cũ volumus probare aliquid ineſſe alicui rei, vel denegatũ ab ea, re, tũc trãsferim' hmõi probationẽ ad ſimilitudinẽ ei', quia ſcim' q̃ id, q̃d infert ſimilitudinẽ huius rei, inferet ipſam met rẽ. Ad diffinitionũ quoq; aſſignationẽ vtilis eſt ſimiliũ cõſideratio, ꝓpea quia p hoc manifeſtat' genus propinquũ, quod in diffi nitione ponit', quẽadmodũ cognita M
dria dignoſcit' id, q̃d eſt ei propriũ, & vt verbo dicã, ſi nõ cõſideraretur ipſa ſimilitudo, nõ poterit q̃s habere aliquid vl'e, ſeu cõe longe minus aliquid p ſe, & eſſentiale: hinc eſt, q̃ exercitatione & vſu cõſiderationis ſimiliũ, ac driarum deuenim' in cognitionẽ rerũ, quæ ſunt p ſe in ſylli's demſtratiuis. Confert ꝓterea cõſideratio ſimilitudinis ad aſſignãdas definitiones rerũ, q̃ valde diſtãt inter ſe, cũ extat ĩter ipſas aliqua analogia, & proportio, & illa res, q̃ hẽt analogiã ad eas ponatur veluti genus ad eas.

exẽpli

ABRAM

A Verbi gratia, quia ex quo proportio puncti ad lineã in magnitudine eſt proportio vnius ad numerũ, eo ꝙ ſit principiũ: ſicq;, quando proponimus habere lineæ, aut vnius definitionẽ, ponimus hanc ſimilitudinẽ, vt genus illorum, & dicimus de puncto, ꝙ ſit lineæ principiũ, & de vno, quòd ſit numeri principium.

Hæc itaq, ſunt inſtrã, quib⁹ educuntur particulariora loca ſingulorum quæſitorũ ex locis cõibus, quæ infra narrabit. Et hic explicit oratio de prima parte huius ſcientię, & ma
B ior pars illius, cuius meminim⁹, eſt, quod dictum eſt in Primo libro voluminis Topicorum Ariſtotelis.

MANTINVS

exempli gra, cum eadem ſit rõ vel D proportio, ſeu analogia ipſius puncti ad lineã, quæ eſt ipſi⁹ vnitatis ad numerum, cũ illud ſit principiũ. Ideo cũ voluerimus aſſignare diffinitionem pũcti, vel vnitatis, tũc ponem⁹ hmõi ſimilitudinẽ velũti genus eis, & dicimus punctũ eſſe principiũ lineæ, & vnitatẽ principium numeri.

Hæc ergo ſunt inſtra, quibus inueniuntur loca particularia vniuſcuiuſq; quæſiti locorum vniuerſaliũ, quos poſt hoc natrabit, & hic finit tractatus primæ partis huius ſcĩæ, & maior pars eorũ, quę de hoc tracta- E uimus, amplectit quicquid Ariſtoteles dixit in Primo libro Topicoꝝ.

Ariſtotelis Libri Primi Topicorum, cum Auerrois media expoſitione finis.

Tractatus de Locis ad intelligentiam eorum, quæ in Reliquis Topicorum libris ab Ariſtotele dicuntur.

ABRAM

Xpedit quòd primo dicamus quid ſit locus, & ſecundo quòd ſint finita incluſa, & tertio modos diſciplinæ, qui poſſunt de eis fieri, & modum quo Ariſto. proceſſit hic. Dicimus itaq;, quòd Alexander & Theophraſtus definiunt locum, quòd ſit principium & ſedes, vnde ſumuntur præmiſſæ ſingulorum ſyllogiſmorũ, qui fiunt de omnibus particularibus quæſitis ſingularum artium, & per hoc intendit ꝙ ſint diſpoſitiones & attributa communia, & regulæ quibus procedimus ad acquirendum particulares præmiſſas ſingulorũ ſyllogiſmorũ.

C

Alexandri & Theophraſti opinio.

Et

MANTINVS

Onſentaneum nunc eſt primũ determinate qd ſit locus: ſecũdo, ꝙ loca ſunt finita determinataq;: tertio tractare de modis doctri F næ, qui poſſunt fieri in ipſis, & modo, quo vſus ẽ Ariſt. in tractatione de loco. Dicamus itaq; ꝙ Alexander & Theophraſtus definiunt locũ ſic: locus eſt principium quoddã & elementũ, à quo ſumuntur ꝓpõnes cuiuslibet ſyllogiſmorum, qui fiunt de problematibus particularibus in vnaquaq; arte: ac ſi velint locos ipſos eẽ ſignificationes ac affect⁹ quoſdam vles, & communes, acq; ordines & regulas, à quibus procedimus ad adipiſcendas propoſitiones particulares in ſingulo ſyllogiſmo.

ABRAM

G Et hoc eſt quod Abumazar Alpha rabius intendit per locum, & ideo ex quo ipſe eſt illa præmiſſa, cuius partes proprie concernunt partes præmiſſæ, quæ ei ſubeſt: cuius pars prædicata præmiſſæ prædicatū tantum cōcernit, & ſubiectū eſt aliud: præmiſſæ vero, qua concernitur pars, ſubſtantia eſt ipſum ſubiectum alterius præmiſſæ, cùm pars prædicata ſit alia: continens itaque illarum non eſt locus, neque contenta eſt præmiſſa particularis, ſed contenta eſt concluſio duarum præ
H miſſarum, quarum maior eſt continens, & minor eſt contenta ſecundum eius ſubiectum, prout dicimus Socrates eſt animal, & omnis homo eſt animal. Et putatur quòd hæc definitio, qua definierunt hæc loca, ſit affinis definitioni qua ea definierat Ariſto. in libris Rhetoricorum: ille enim dixit, quòd loca ſint baſes ſyllogiſmorum, & putatur quòd inter illa ſit differentia, quia ſi locus eſt baſis ſyllogiſmi, ſyllogiſmus eſt illius forma, quæ eſt eius figura, eius autem materia eſt
I ipſius præmiſſæ: expedit itaq; quòd locus ſit, qui largiatur ſyllogiſmorum præmiſſas & formam, & hoc eſt ipſa veritas, quia inuenimus ſyllogiſmos facere ambas res ſimul, aut inuenimus de illis qui faciat alteram duarum rerum, & de illis, qui faciat alteram rem: & hoc quidem eſt manifeſtum de locis vniuerſalibus, quæ Ariſto. tradidit in Poſterioribus Analyticis.

Themiſti⁹

MANTINVS

Et hoc idem ſentit Alpharabius de K.
ipſo loco: & ideo dicit, ꝙ eſt propoſitio, cuius partes ſimul terminant proprias partes propoſitionis, quæ ſub ea continetur, vel cuius pars, quę eſt prædicatum, continet prædicatum propoſitionis tantum, ſubiectum tamen eſt vnum in ea. Ar illa propoſitio, cuius pars, quæ eſt ſubiectum, terminat proprium ſubiectū alterius propoſitionis, pars tamen, quæ eſt prædicatum, eſt vna, tunc eius vniuerſalis & communis non eſt locus, neq; ipſa terminata, ſeu cō tracta erit ꝓpoſitio particularis, ſed L
ipſa terminata, & contenta eſt vtiq; concluſio duarum præmiſſarū, quarum maior eſt ipſa vniuerſalis communis, ſeu continens, & minor eſt ſubiectum ipſius terminatæ & contractæ, vel cōtentæ: vt cùm dicimus Socrates eſt animal, & omnis homo eſt animal. Hæc autē definitio, qua illi definierūt hæc loca videtur eſſe fere eadem cum ea definitione, qua Ariſto. definiuit ea in libro Rhetho ricorum. Inquit enim ipſe ibi, loca eſſe elementa ſyllogiſmorū: poſſet tamen dici, ꝙ differūt aliquo pa- M
cto inter ſe, qñ ſi locus eſſet elemen tum ſyllogiſmi, cùm ipſe ſyllogiſm⁹ habeat formam, quæ eſt eius figura, atq; materiam, quæ eſt propoſitio eius: locus ergo debet præſtare propoſitiones ſyllogiſmorum, & figurā eorum: & hoc vtiq; eſt verum. nam inuenimus ipſos ſyllos fungi vtroq; munere ſimul, vel inuenimus aliquos eorum fungi vno illorū duorum officiorū, aliquos vero altero: & hoc perſpicuum eſt ex illis locis vniuerſalibus, quos tradidit Ariſto. in libro Priorom Reſolutiuorum.

Themiſti⁹

ABRAM

A Themiſtius vero edixit ꝙ locus ſit
Themiſtij opinio. vniuerſalis præmiſſa, quæ eſt in ſyllogiſmo, quæ veriſſima eſt præmiſſarum ſyllogiſmi. & dicit, ꝙ tali præmiſſa aliquando vtimur ſecundum ſe in ſyllogiſmo, & aliquando vtimur ſua ſententia, & poteſtate Eius autem argumentatio ad hoc eſt, qa in rebus, quibus Ariſt. vtitur in tractatu locorũ huius libri, comperiuntur ambæ ſpecies ſimul, prout dicimus, ꝙ eligibilꝰ ſit apud nos quod eſt diuturnioris temporis, & prout dicimus ꝙ eligibile per ſe ſit eligi-
B lius quàm eligibile per aliud. de re itaq; horum & ſimilium videtur, ꝙ numerati ſint vt fiant maioris præmiſſæ ſingulorum ſyllogiſmorum quæſitorum particularium: prout dicimus ebrietatis delectationẽ eſſe eligibiliorem delectatione coitus, quia ſit diuturnioris durationis.

Alexandri vero argumentatio ad hoc eſt, quia præmiſſę, quæ ſumunt in illis ſyllogiſmis, ſunt infinitæ, & non incluſæ collectæ in vnum, ſicq; non euenit ex finitis indiuiduis aliqua res vniuerſalis, ex qua procedat
C ad res particulares infinitas, cuiꝰ moris eſt diſpoſitio regularum, quæ traduntur in hac arte: vniuerſales vero præmiſſæ particularium præmiſſarum ſunt finitæ: & dum attigerimꝰ ipſarum vniuerſaliores, poſſibile ſit nobis procedere ad particulariores quæ eis ſubſunt, & euenient nobis præmiſſæ particulares, quæ ſunt in potentia infinitæ aduentu vniuerſalium, quæ ſunt finitæ: & hæc quidẽ eſt natura regulæ, vt regula eſt, & ideo loca ſunt, quæ per ſe largiuntur poteſtatem faciendi ſyllogiſmos, & particulares præmiſſas maioris ſingulorũ

MANTINVS

Themiſtius vero dicit, ꝙ locus eſt D
ꝓppõ vl̃is, quæ eſt verior cęteris propoſitionibꝰ ſyl̃i, & dicit, ꝙ illa ꝓppõ, quæ ita ſe habet, qñq; ponitur ipſamet in ſyl̃o, qñq; vero eius ſignificatũ, & vis eius. Et huius rei rationẽ affert ipſe Themiſtius, ſ. propterea, quia ea, quæ a b Ariſtotele traduntꝫ in hoc libro in Tractationibꝰ de Locis, inuenies ea eſſe ex vtroq; genere horũ ſimul, vt cũ dicimꝰ, ꝙ quicqd diutius ꝑdurat eſt præſtantius apud nos, & cũ dicimꝰ ꝙ id, qđ eſt de ſeipſo p̃ſtantius, eſt vtiq; p̃ſtantius q̃ id, qđ eſt ꝓp aliud p̃ſtantius. Hęc ergo E
& eoꝝ ſiłia videntꝫ connumerari & ordinari hic, vt ex eis fiant ꝓppõnes maiores ī ſingulo ſyl̃o problematũ particlariũ: vt cũ dicimꝰ, ꝙ delectatio ebrietatis eſt p̃ſtãtior delectatiõe venerei actus, cùm diutius ꝑduret.

Alexandri tñ ratio cõtra hoc eſt, ꝙ ꝓppõnes, quæ reperiuntꝫ in ipſiſmet ſyl̃is, ſunt infinitæ & indeterminatę: de eo aũt, qđ eſt infinitũ, & interminatũ, nõ poſſumꝰ ex ſcīa de indiuiduis finitis eoꝝ adipiſci aliqd vl̃e, a quo procedatꝫ ad particularia infinita, vt fieri ſolet ꝑ regulas traditas F
in hac arte. At ꝓppõnes vl̃es, quæ particulares ꝓppõnes amplectũtur, ſunt vtiq; finitæ, ſub quibus continentur partes infinitæ, & cũ peruenerimus ad earũ vl̃es, poterimꝰ trãſire ac procedere ab eis ad particulares, q̃ ſub ipſis continentꝫ: & ſic obtinebimus particulares ꝓppõnes infinitas potentia, cum obtinuerimus vl̃es finitas. Hæc enim eſt natura ipſiꝰ methodi ſeu regulæ, quatenus eſt methodus, & regula: & ideo ipſa loca præſtant per ſe facultatem efficiendi ſyl̃os, ac propoſitiones particulares magnas

G gulorum ſyllogiſmorum, nõ quòd ipſarum naturę ſit hic actus. Et ideo id quod dicit Alexander, & qui vt ipſe aſſeuerat, eſt proprior veritati, quàm Themiſtius.

Et Abumazar dicit cũ hoc, ꝙ illa ſit opinio Ariſtotelis, quam preſſius ponit, q̃ ſecũdum quod dicitur loci nomen apud vulgus, & illa eſt res vnde trãſtulit hoc nomen: ita enim oportet, ꝙ ſit res ad quã nomen trãſfertur in arte, vnde translatũ fuerit. Verbi gr̃a, quia nos inuenimus loci nomen apud vulgus, ꝙ eo ſignificẽt
H aliquã diſpoſitionem, vel aliquam rem cuiuſq; orationis, de qua ſit ſermo, occaſione cuius diſpoſitiõis vel rei prouenit huius orationis cõſtructio, aut deſtructio: & hoc quidẽ apparet ex inquiſitione locorum, quæ vtuntur hoc nomine, quia cõſueuerunt dicere hic eſt locus conſiderandi, & locus aſtutiæ, & locus deceptionis, & locus dependentiæ ſimilitudinis: & hæc eſt ſimillima rerum ſin ſignificatũ quod nomen loci ſignificat apud Alexãdrum. Et ſunt res, quæ dum apud nos fuerint ſecundũ
I orationem aliquam, poſſibile eſt nobis ex illis procedere ad id, quod hęc oratio conſtruit, aut deſtruit.

Et hinc dicimus, ꝙ Ariſtoteles nõ vocaret præmiſſas vſes, ex quibus acquiruntur præmiſſæ particulares demonſtrationum, loca, ex quo demonſtratio non eſt apta ſecundum modum quæſtionis & reſpõſionis, & Ariſtoteles excuſatur de ſimilib⁹ illarum præmiſſarum, quibus vtitur in ſuo libro, de quibus putatur ꝙ ſint maiores præmiſſæ particulares, quæ fiant in ſingulis ſyllogiſmis de particularibus præmiſſis dicẽdo, ꝙ hæ in vnoquoq; ſyllo, nõ ꝙ ex earũ nã K ſit efficere hmõi officium, hoc eſt, ꝙ ſint ipſemet de ſe ꝓpõnes magnæ, ſed præſtãt methodũ. Et ideo vt rectius locutus fuiſſe Alexãder & qui eius ſequit̃ ſententiã, q̃ Themiſtius.

Alpharabius vero dicit, ꝙ cũ hoc, ꝙ hęc ſit opinio Ariſtotelis, quã intendit in hoc libro, ſumpta à ſignãtione loci apud vulgũ, adhuc oportet, vt extet q̃dã ſimilitudo inter illud ſignificatũ, ad qđ translatũ eſt illud nomẽ ꝑtẽ, & ſignãtũ apud vulgũ. Et dicit, ꝙ uos inueniem⁹ nomẽ loci ſignificare apud vulgũ aliqđ ſignifi L catũ, vel aliquã rem in oĩ or̃one, de qua cõtingat fieri aliqua enũtiatio ꝓp illud ſignificatũ, vel illã rem, q̃ affert affirmationẽ illi⁹ or̃onis, vel ei⁹ deſtructionẽ, & hoc ſatis patet, ſi recte ꝓquirant̃ loca, in quibus hoc nomen in vſum venit apud eos: dicũt enim hic ẽ locus contẽplationis ſeu cõtẽpl̃di, & locus ingenioſitatis, vt ita loquar, ſeu verſutiæ, & locus fallacię, & loc⁹ depẽdẽtię, & ĩter oĩa hoc vtiq; ẽ, qđ magis ſimilat̃ illi ſignato qđ ꝑ nomẽ loci ſignãt̃ apud Alexã. Et ſunt qdẽ illa ſignãta, q̃, cũ in ali- M qua or̃one ea habuerim⁹ poterimus vtiq; procedere ab eis ad id, qđ affirmet hmõi orationẽ, vel eã deſtruat.

Et ideo dicendũ eſt ꝙ illæ ꝓpõnes vſes, à quibus adipiſcimur ꝓpõnes particulares in ipſis demonio⁹, Ariſtoteles nõ vocat eas loca, cũ ipſa demonſtratio ſit res, quę non eſt apta, vt in ea fiat ĩterrogatio & reſpõſio: immo Ariſto. excuſat ſe, cur vtat̃ in ſuo libro illis ꝓpõnibus, quia videntur eſſe propoſitiones magnæ particulares, quæ fiunt in ſingulo ſyllo pro aliquib⁹ quæſitis ꝑticularib⁹.

Inquit

ABRAM

A ꝙ hę numerentur inter loca, ratione qua ſua prædicata ſunt aliquo modo vniuerſali ori prędicatis multorum quęſitorum particularium, & proceditur ex eis ad particulares præmiſſas, quæ fiunt maiores præmiſſę ſingulorum ſyll'orum, & propterea poſſunt eſſe regulæ, & dignoſci in hoc libro. Et huius exemplū eſt id, quod dicimus, quod eſt diuturnioris durationis, eſt eligibilius: & eſt locus, ex quo ex eo procedimus ad id, qđ eſt diuturnioris durationis, ꝙ ſit eligibilius: id vero,

B de quo Ariſtoteles meminit de his orationibus, præter id cuius memi nimus, eſt vt dicere expediens eſt explicare, quas rerum conueniat vocare, ſicut illas vocat ipſum vulgus, & quas non: & ſicut dum dicit poſtquam trāſtulerimus rei nomen ad nomen alterius rei expedit, ꝙ cōſideremus adeo quòd nomen quo vocat̄ ſit conuenientius quàm nomen ſubiecti. Hę enim non ſunt præmiſſæ, ſed ſunt diſpoſitiones, & attributa præmiſſarum, ex quibus progreditur ad illas: & ideo omnes

C expoſitores conueniunt. ꝙ hęc non ſint loca, ac ſi eſſent poſitiones, & ditectiones ad modum inueniendi præmiſſas, & resiuuantes eas. hęc itaq; eſt explicatio quid ſint loca. Modi veto diſciplinę, q̄bus vtimur in hac arte videnť ex eo qđ dicā, ex quo.n. oē quæſitum eſt p dictionē an ſit, aut quæriť p ipſam, an res ſit ſim plr, ꝑ put dicim⁹, an vacuū ſit, & an tale ſit tale? ꝑ put dicim⁹, an agn⁹ ſit mortu⁹? aut an tale ĩeē tali ſit magis q̄ ineſſe tali, vel an tale inſit tali, aut ſm ꝙ ſit definitio, aut gen⁹, aut propriū, aut accidens, & ſimilia: & vniuſ-

MANTINVS

Inq̄t.n. ipſe, ꝙ illæ dñt loco ꝓpea, D quia earum ꝓdicata reperiunť mō quodā vſiori, q̄ ſint ꝓdicata multa pticularia, & procediť ab eis ad particulares propōnes, q̄ efficiunť propōnes magnę ĩ ſingulo ſyll'o: & hac rōne pñt eſſe regulę & methodi, & pōt de eis ttactari in hoc lib. Exempli gra cū dicimus, qđ diuturnius ē, eligibilius eſt, ſeu pſtātius, hoc.n. dī eē locus, quia ab ipſo ꝓcediť & trāſitur ad hoc, vt dicamus, ꝙ qcqd ē diuturnius, ē eligibilius apud nos. Id vero, qđ Ariſt. affert de his oro-

E nibus, eſt aliud, q̄ id, qđ nos narrauī mus, vt cū dicit: cōſentaneū aūt eſt vt declatem⁹, q̄ nā ſint illa, q̄ nos debemus noīare vt nominat vulgus, & q̄ ñ: & cū dicit & iā op3, vt diſputemus, ſeu rōnes afferamus, poſtq̄ trāſtulerimus nomen rei ad aliud nomē: ita vt cōuenientius ſit illud nomē, quo nos nominam⁹ illā rē, q̄ ſuū nomē ſibi impoſitū. Hæc.n. nō ſunt ꝓpōnes, ſed ſūt qdā affect⁹ & diſpōnes ipſarū ꝓpōnū, & q̄dam via, qua pgiť ab eis ad illas: & iō oēs

F expoſitores cōueniūt, ꝙ hęc nō ſūt loca, ſed ſunt veluti q̄dā ſuppōnes, & regulę, ac directiōes dirigētes ad ĩuētionē ꝓpōnū, & ſunt tes q̄ ad illas cōferūt. Hęc ergo ē locorū expō, qđ nā ſint. Modi vero doctrinę, q ĩ hac arte fiĩt, q nā ſint, ſtatim declarabo nā cū qđlibet ꝓblema, qđ per dictionē an, vel vtrū fit, q̄riť vtiq; p ipſum, vtrū res ſit abſolute, & ſim plr, vt cū dicim⁹ vtrū vacuū ſit, vel vtrū hoc ſit hoc, vt cū dicim⁹, vtrū aīa ſit mortalis, vel vtrū hoc ĩſit potius huic, q̄ huic, & ſi hoc ĩeſt huic, vtrū ſit definitio, vel gen⁹, vel propriū, vel accidēs, & vnūqđq; horū

hēt

ABRAM

G vniuſcuiuſq; horũ ſint loca ꝓpria, & loca cõia, poſſibile eſt, ꝙ oĩa loca iuuãtia ſingula horũ q̃ſitorum nu merent ſola, & ſi his ſit repetitio lo corũ cõmunium. hic tñ eſt facillimus modorũ, & proximus eorũ, & firmiſſime obſeruarionis ipſorũ, & ſic inuenimus feciſſe Ariſtotelẽ, niſi ꝙ ipſe poſuit loca q̃ſitorũ eſſendi ſimplr, & loca accidentis in vnum ĩdẽ, ob cãm quã prędiximus, & de creuit illis vnũ tractatũ: deinde po ſuit loca queſitorum ſyllogiſmorum ſim pliciter tm̃, & decreuit illis vnũ tra
H ctatum: deinde poſuit loca generis, & decreuit illis ẽt vnum tractatũ, & ſic fecit de locis q̃ſitorũ proprij, & definitionis, quia vtriq; horum de creuit vnũ ttactatum. Et poſsibile ẽt eſſet hæc loca fieri altero mõ: nu merauit aũt primo quid oĩbus illis ſit commune, prout ſunt loca ſimilitudinis & contrarij, & cætera: de inde poſuit qđ eſt cõe quatuor ipſo rũ, deinde trib⁹, deinde duobus, & numeranit loca ꝓpria ſingulis ho rũ ſolis: & iã poſſe eẽt, ꝙ nnmerarẽ tur reſpectu ad deſiõnẽ, ꝓter ꝙ ex
I pliceꝫ p illa definitio alicuius q̃ſiti de his q̃ſitis, loca. n. generica iuuãt definitionẽ, ex quo ĩpoſſe ẽ, qn ſit in ea deſiõne ipſum gen⁹: ſicq; & loca ꝓprij ex quo cõdõnis ipſius deſiõ nis eſt, ꝙ ſit appropriata: & ſiſr loca accidẽris, ex quo ĩpoſſe eſt, qn deſiõ inſit definito. Et ſm hoc vr̃ ꝙ loca deſtructiua horũ, ſingula deſtruãt deſiõnẽ, & cõſtructia, ſingula horũ ſint conſtructiua, & q̃dã ſunt de cõ dõnib⁹ ipſi⁹ deſiõnis, niſi ꝙ ex quo nõ oĩa loca, q̃ deſtruũt gen⁹, aut ſin gula horũ deſtruũt definitionẽ, ſꝫ de illis eſt, q ipſam cõſtruãt & de
ſtruãt:

MANTINVS

hẽt loca ꝓpria & loca cõia: iõ oĩa K
loca, q̃ ſunt vrilia vnicuiq; horũ ꝓ blematũ, pñt ſeorsũ numerari: ſꝫ in hoc fiat repetitio locorũ cõiũ. & is ẽ facilior modorũ, & ꝓpinqor eo rũ, atq; cõſtãtior ꝓ cuſtodia & cau tiõe: & ſic videm⁹ Ariſt. feciſſe, niſi ꝙ poſuit loca ꝓblematũ de ineẽ ab ſolute, & loca accidẽtis in vnicũ ſer monẽ pp cãm iã à nobis dictã, & ſe orsũ fecit de eis vnũ ſermonẽ, mox poſuit loca ꝓblematũ cõparatiõis abſolute ſeorsũ, & fecit de eisquoq; vnũ tractatũ: & idẽ quoq; fecit de locis ꝓblematũ ꝓprij & definitiõis, L
vcꝫ ꝙ fecit de ſingulo horũ duorũ tractatũ ſeorſum. Pñt tñ hæc loca ordinari ſcđo mõ, ac numerari. Nã poſſum⁹ primũ ordinẽ ponere, qđ ſit ipſis oĩb⁹ cõe, vt ſunt loca à ſimi li, & à cõtrario, & alia id gen⁹, dein de id, qđ ẽ cõe quatuor illorũ, mox trib⁹, mox duob⁹, poſt hoc ordina re loca ꝓpria vnicuiq; illorũ ſeor ſũ. Pñt adhuc numerari, & ordina ri alio mõ: nẽpe vt ponant oĩa ĩ pte deſiõnis: licet non declareꝫ p ea de ſiõ alicui⁹ horũ ꝓblemarũ: nã loca generũ cõducũt ipſi definitiõi, cũ ĩ M
ipſa deſiõne ſit neceſſariũ repiri ge nus: itidẽ & loca ꝓprij cũ ex cõdõ nib⁹ ipſi⁹ deſiõnis hęc vna ẽ, ſ. vt ſit ꝓpria: ſiſrq; loca accidẽtis, cũ ipſa deſiõ neceſſario ĩſit definito. pꝫ ergo ꝙ loca, q̃ deſtruũt vnũqđq horũ, deſtruũt & ipſã deſiõnẽ, & q̃ af firmant vnũqđq; iſtorũ, affirmant vnã ex cõdõnib⁹ deſiõnis. At cũ nõ oĩa loca, q̃ deſtruũt gen⁹, vel aliqđ illorũ deſtruunt ipſã deſiõnẽ, ĩmo aliqua eorũ affirmant ipſã, atq; de ſtruũt. Exẽplũ ei⁹, qđ deſtruit ge n⁹, & affirmat deſiõnẽ: vt cũ aliqđ
fuerit

ABRAM

A ſtruãt: exẽplũ illius, q̃ cõſtruit definitionẽ, & deſtruit genꝰ ẽ, ꝙ res ſit de re ꝑdicata in eo ꝙ ꝙd ſit, & illã ꝓprie cõcernat. Quod vero ambo ſiꝫ deſtruit ẽ notũ, qñ. n. deſtruit, ꝙ ſit ꝑdicatũ ĩ eo ꝙ ꝙd ſit, deſtruit ꝙ ſit genus, & tãto fortius ꝙ non ſit definitio, ſicq; ĩuenit diſpõ oĩum locorũ deſtruẽtiũ ſingula horũ, & nõ ẽ ẽt in oĩbus locis, q̃bus ſit genus, aut aliud illorũ, q̃ cõſtruat definitionẽ, aut aliquã definitionis cõdõnẽ, ſed ipſorũ eſt, q̃ conſtruat genus, & deſtruat definitionẽ. V. g. qñ oñdit de

B aliquo ꝑdicato, ꝙ ſit in eo ꝙ ꝙd ſit ꝑdicatiõe vñ. Notũ itaq; eſt, ꝙ cõſtruat, ꝙ illud ſit genꝰ, & deſtruat, ꝙ ſit definitio: hinc itaq; ſit difficile ea dinumerare ex ꝑte ipſius definitiõis cũ hoc, ꝙ qñ ſumerent hæc loca reſpectu ad definitionẽ & dinumerarent quatenus hæc ſit prĩa intẽtio de illis, nõ euadit in multis illorũ, quin occultet ipſiꝰ iuuamẽ, aut ĩminuat, qñ aũt vnuſq; ſq; ſumeret ſm̃ partẽ, quę ipſum ꝓprie concernat, iuuamẽ ſit manifeſtiꝰ & patentius. Hęc itaq; fuit cã, qua Ariſt.

C renuit illa dinumerare definitiua, & iã dictũ eſt, ꝙ Theoph. fecit hoc. Quòd vero ipſa ſint collecta finita, euidẽs ſit, ex eo qđ dicemꝰ. lã. n. cõmõſtratũ ẽ ꝙ oẽ q̃ſitũ cõmõſtrat ꝑ aliã rẽ, q̃ ſit ꝑter illud, & ꝙ nulli dubiũ ſit, ꝙ ĩter hãc rẽ acceptã ad illiꝰ cõmõſtrationẽ, & q̃ſitũ ſit nexꝰ qdã, & ſi impoſſe ſit, ꝙ exinde appareat ĩ aliq̃ re q̃ſiti cõſtructio aut deſtructio: hoc aũt ſic exñte, nulli dubiũ ẽ, ꝙ res, ex q̃ cõmõſtrat, ꝙ res q̃ ſita ſit talis denomĩatiõis, aut nõ ſit, q̃ten ẽ cõnexa, ſit aut res sũpta ex q̃ ſiti eẽntia, aut res ſumpta ab aliquo

ſuorũ

MANTINVS

fuerit ꝑdicatũ de aliquo in eo ꝙ qd D
ẽ, & ſit ei ꝓpriũ, id ẏo, qđ deſtruit ea, ſiꝫ ẽ manifeſtũ: nã cũ deſtruat ipſum eẽ ꝑdicatũ ĩ eo qđ qd, deſtruet ꝓfecto ipſum eẽ genus: longe ergo magis deſtruet ipsũ eẽ definitionẽ: & hac rõne ꝓcedet negociũ in cunctis locis, q̃ deſtruũt vnũqđq; illorũ. Neq; oĩa loca ẽt, q̃ affirmãt genus, vel aliqđ illorũ affirmabũt definitionẽ, aut aliquã ex cõdõnibus definitiõis: ĩmo dat aliqđ eorũ, qđ affirmabit genus, & deſtruet definiE tionẽ. Exẽpli gr̃a, cũ fuerit declaratũ, ꝙ aliqđ ꝑdicatũ ꝑdicet ꝑdicatione vł, tũc manifeſtũ erit illud eſſe genꝰ, & ſic deſtruet, ac erit falſũ, ꝙ ſit defiõ: hac ergo rõne erit difficile numerare ea ĩ ꝑte defiõnis: addeẽt, ꝙ ſi capiant hęc loca ex ꝑte definitiõis, & ordinent ea rõne, qua illud ſit primũ ꝓpoſitũ eorũ, nihil ꝓhibebit, q̃n ĩ multis eorũ occultet vtilitas, vel minuat. S ; ſi qđ liber eorũ capiat ea rõne qua ẽ ꝓpriũ, tũc vtilitas erit notior & manifeſtior. Et hęc ẽ rõ, ob quã noluit Ariſt. ponere, ac eſſicere ea defiõnes: et iã fuit dictũ, ꝙ Theoph. fecit illud. Quòd aũt ſint terminata, & finita, ex his, q̃ nũc dicã ſatis conſtat: nã cũ iã ꝓbatũ ſit, ꝙ qđlibet ꝓblema, ſeu q̃ſitũ declarat ꝑ aliqđ aliud ꝑter ipſum, & qđ ĩter illã rẽ ſumptã ꝑ declaratiõe illiꝰ alterius, & ipsũ q̃ſitũ extat oĩno aliq̃ cõiũctio, ſeu adhærẽtia: aľs. n. nõ poſſet apparere ex ea re in re q̃ſita affirmatio, vel negatio ſeu deſtructio. Ergo res ꝓcul dubio q̃ ꝓbat, ꝙ res q̃ſita ita ſe hẽat, vel ñ ſe hẽat ea rõne q̃ ẽ cõiũcta, vł erit vtiq; aliqđ sũptũ ex eẽntia ipſiꝰ q̃ſiti, vel ſumptũ ex eiꝰ accidẽtibꝰ & cõſequẽtibus,

ABRAM

G ſuoꝝ euẽtoꝝ, aut accñtiũ, aut reꝝ, q̃ deforis sũt, inter q̃s & ipsũ q̃sitũ ẽ habitudo q̃dã, & ſi'litudo, aut rerũ mediarũ inter res, q̃ deforis ſunt, & q̃ ex rei eſſentia ſunt. Et ex quo omne q̃sitũ partitur in p̃dicatũ & ſubiectũ, & loca quæ ſumuntur ex rei eſſentia, aut ſumunt' ex eſſentia p̃dicati, aut ſubiecti, aut ex parte aliqua ſuarũ definitionum. ſ. ex genere, aut differẽtia, aut ꝙ ſint ipſę partes p̃dicati, aut ſubiecti, hoc eſt, ſpecies prædicati aut ſubiecti, oportet neceſſario ꝙ loca ſumpta ex rei eſ-
H ſentia ſint loca definitionis, aut generis, aut drię, aut loca partitionis, hoc eſt, quibus partitur p̃dicatũ aut ſubiectũ in ſuas ſpecies. Et ex quo rei euenta ſunt accidentia, aut propria, quę oĩbus nouem prędicamẽtis inſunt, expedit ẽt hæc loca eẽ huius numeri. Et ex quo res quę deforis ſunt, aut eis atteſtatus fuerit aliq̃s teſtis, & hic eſt aut vnus accept', aut multi, aut oẽs homines, aut diſpoſitiones ſint, q̃ diſpõnes ſint quæ deforis ſunt, ſimiles, aut oppoſitæ, aut cõpoſitę ex illis. ſeq̃t neceſſario,
I ꝙ illę q̃ deforis ſunt, ĩ hac partitiõe ĩcluſę ſint, cõpoſitę aũt ex illis ſunt loca, ex eo ꝙ ẽ magis & min', & oppoſita, vt p̃fatũ ẽ, ſunt q̃tuor, & ſi'litudo ẽ duarũ ſpẽrũ. Loca vero media ĩter res q̃ deforis ſunt, & q̃ ſunt ab eẽntia rei, putaꝫ ꝙ ſint loca à caſib', & loca à cõingatis, & vt vĩ' inq̃ oĩs locus nõ euadit, q̃n ſit aut ſubtrãs has patutiões, aut media ĩter illas, & vlteriusĩſpiciꝫ nobis hui' cõmõſtratio inq̃ſitiõe apd cõſtõnẽ ipſoꝝ locoꝝ: ſicq̃; ẽ hoc qd p̃ponẽdũ ẽ ante loca, & p̃cedem' ad illorũ dinumerationẽ ſm Philoſophi iter, eiusq̃; ordinẽ, & hĩc ĩcipit liber. ij.

MANTINVS

quẽtib', vel ex reb' extrinſecis, in- K
ter q̃s & ipsũ q̃ſitũ extat aliq̃ rõ & p̃portio, ſeu analogia, & ſi'litudo, aut ex reb' mediis ĩter res extrĩſecas & res, q̃ sũt de eẽntia q̃ſiti. Et cũ qd libet q̃ſitũ diuidat' ĩ p̃dicatũ & ſubiectũ: loca ãt sũpta ex eẽntia rei, vel ſumunt' ex defiõne p̃dicati, vel ſubiecti, vel ex pte defiõnis eorũ, tũc vel erit gen', vel dria; vel erũt ipſęmet ptes p̃dicati vĩ' ſubti, hoc ẽ ſpẽs p̃dicati, vĩ' ſubti: neceſſario ergo loca sũpta ex eẽntia rei erũt vĩ' loca ãfiõnis, vel gñris, vel drię, vel loca diuiſiõis, vc3 q̃ diuidunt' p̃dicatũ vel L
ſubtũ ĩ ſuas ſpẽs, & hoc ĩ p̃dicamẽto ſubſtãtię tm̃. Et cũ ipſa cõſequẽtia, q̃ ſ. rẽ cõſequunt', ſint vĩ' accñtia, vel p̃pria, & hoc ĩ cũctis repiũt' p̃dicamẽtis: idcirco cõſentaneũ eſt; vt hęc loca ſint tot nũero. Rurs' cũ ad extrĩſecis vel hẽat' teſtimoniũ, & illud vĩ' ẽ vnũ & receptũ & fid dignũ, vel plura, vel oĩa vc3 oẽs hoĩes, vel res ipſę: res aũt extrĩſecę vel ſunt ſimiles, vel oppoſitæ, vel cõpoſitę ex his: idcirco neceſſe ẽ vt extrĩſeca cõplectant' ĩ hac diuiſiõe, cõpoſita ꝟo ex his erũt loca exceſſus & defect', M
ſeu magis, & min', oppoſita, ãt vt p̃dictũ fuit, sũt q̃tuor, ſi'litudo ꝟo ẽ duplex. Loca vero media ĩter res exteriores, & eẽntiã rei vñr eẽ loca cõcretorũ & loca abſtractorũ. Et vt sũmatĩ dicã, neceſſario oĩa loca cõtinebunt' ſub his diuiſiõib', vĩ' erũt media ĩter illas. S3 hui' inductiõis adhuc ſe offeret nobis aliq̃ clarior expõ, qñ de ipſis locis tractabimus. Hacten' de his q̃ p̃fanda erãt, ad anteq̃ locorũ dinumerationẽ deuenirem', nũc ꝟo ad eoꝝ numerationẽ aggrediamur iuxta methodũ Ariſt. atq; ei' ordinẽ. Ariſto-

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De locis absolutis accidentis siue ad refellendum, destruendumque, siue ad asserendum, construendumque.

De problematibus vniuersalibus, & in quibus prædicatis inesse, & esse conuertuntur. Cap. 1.

VNt autē problematum hęc quidē vłia, illa vero particularia: vłia quidem, vt omnis voluptas bonū est, & nulla voluptas bonum: particularia vero, vt aliqua voluptas bonum, & aliqua voluptas non bonum. B Sunt autem ad vtraque genera problematum communia vłia: & constructiua, & destructiua. Ostendētes.n.qđ omni inest, & qđ alicui inest ostendentes erimus: similiter autē et si qđ nulli inest ostenderimus, & qđ non omni inest ostendentes erimus. Primū ergo de vłibus destructiuis dicendum, eo ꝙ communia sint hmōi ad vłia, & particularia, & quia magis positiōes afferant in eo quod inest, q̄ non: disputantes autem destruant.

Est autem difficillimum cōuerti ab accidente propriam nomi nationem: nam aliquo modo & non vłr in solis contingit accidentibus. à Definitione enim, & proprio, & genere necessarium est conuerti: vt si inest alicui animal gressibile bipes esse, conuertentem verum erit dicere, quoniam illud animal gressibile bipes C est. Similiter autem à genere: nam si animal inest alicui, animal est. Eodem autem modo & in proprio est: si.n.alicui inest grammatices susceptiuum esse, grammatices susceptiuum erit. Nam nihil horum contingit ſm quid inesse, vel non esse: sed simpliciter vel inesse, vel non inesse. In accidentibus autem nihil prohibet secundum quid inesse, vt albedinem, vel iustitiam. Quare non sufficit ostendere quoniam inest albedo, vel iustitia, ad ostendendum ꝙ albus, vel iustus est: nam habet dubitationem, quoniam secundum quid albus, vel iustus est, quapropter non necessarium est in accidentibus conuerti. Determinare autem oportet & peccata, quæ sunt in problematibus: nam sunt duo, vel in eo quod falsum dicunt, vel in eo quod transgrediuntur positam locutionem. Falsum etenim dicentes, & qui quod non inest, inesse alicui dicunt, peccant: & qui extraneis nominibus res appellant (vt *platanum hoīem) transgrediuntur positam nominationem.

A conuersione.

A definōe.

A genere.

A proprio.

Sermo

G *Sermo de locis accidentalibus, de quibus fit mentio in ſecundo libro, & ſunt loca ipſamet eſſendi ſimpliciter.* Cap. 1. K

ABRAM

ET dicimus, ꝙ quædam qõnes ſunt vłes, & quædã particulares, & harũ vtraq; aut eſt affirmatiua, aut negatiua. Qõnes itaq; fiunt quatuor ſpecierũ: affirmatiua vłis, put eſt dicere omnis delectatio eſt bona, & vłis negatiua, prout eſt dicere, nulla delectatio eſt bona, & affirmatiua particularis, prout eſt dicere, aliqua delectatio eſt bona, aut
H delectatio quędã eſt bona: & negatiua particularis, prout eſt dicere, aliqua delectatio non eſt bona, aut nõ oĩs delectatio ẽ bona. Et ex quo qõnum vłiũ conſideratio continet particulares, qñ. n. cõſtruimus rem vłem cõſtruimus illã particularẽ, & hmõi qñ illã deſtruimus vłem, deſtruimus eam particularẽ, conſideratio hic fit de qõnibus vłibus exceptis particularibus. Preterea, quia poſitiones topicæ ſunt vłes, & moris topicorum eſt illas cõſtruere vłi conſtitutione, aut ipſas deſtruere
I vłi deſtructione, ex quo præmiſſæ diuulgatę ſunt vłes, quia particulares non ſuut diuulgatæ, & iterum quia poſitiones topicæ ſunt diuerſæ variæ, & inuariabiles ſm diuulgationẽ. Et vnũqđq; quatuor q̃ſitorum, hoc eſt, q̃ſitũ definitiõis, & queſitũ generis, & queſitum proprij, & queſitũ accidentis, deſtruit deſtructione vłi, & particulari, excepto accidẽte, quia ipſum deſtruitur deſtructione vniuerſali, quando. n. commonſtratur, ꝙ res nõ inſit omni, commonſtratũ eſt, ꝙ nõ eſt genus, neq; propriũ, neq; defiõ, res

MANTINVS

DIcamus ergo ꝙ problematũ alia ſunt vłia, alia ꝟo particularia & vnũqđq; eorũ vel ẽ affirmatiuũ, vel negatiuũ: & ſic problemata erunt quatuor generũ, vc; affirmatiuum vłe, vt cũ dicimus, oĩs voluptas eſt bona, vłe negatiuum, vt cũ dicimus nulla voluptas eſt bona: negatiuũ autem particulare, vt cum dicimus aliqua voluptas non eſt bona, affirmatiuũ vero particu L
lare, vt q̃dã voluptas eſt bona, vel aliqd voluptatis eſt bonũ. Sed cũ tractatio & conſideratio de problematibus vłibus amplectitur & ipſa particularia, qm̃ affirmato vłi affirmatur & particulare, deſtructoque vłi deſtruitur & particulare, in hoc loco conſiderantur problemata vłia præter particularia. adde ẽt, ꝙ poſitiones dialecticæ ſunt vtiq; vłes: dialectici autem ſolent affirmare affirmatione vłi, vel deſtruere deſtructione vłi, cùm ptopoſitiones probabiles ſint vłes. nã par- M
ticulares ſunt variæ & mutabiles, non ſeruantes probabilitatem: qđlibet autem quatuor quæſitorum, videlicet quæſitum definitionis, & queſitum generis, & queſitum proprij, atq; quæſitum accidentis continet deſtructionem vniuerſalem, & particularem, præter ipſum accidens, quod quidem deſtruitur deſtructione vniuerſali. Nam, cum fuerit probatum, quod res non inſit omni, ſeu non dicatur de omni, manifeſtum erit, quòd non ſit genus, neq; proprium, neq; definitio, ſed

ABRAM

res vero accidentis non eſt hmõi: ineſt enim ſubiecto particulari, ꝓut dictum eſt: & ob hoc idem põt p illud conſtrui accidens conſtructione particulari, & impoſſibile eſt de aliquo illorum, ſ. de genere, & proprio, & definitione, ꝙ cõſtruantur conſtructione particulari, ex quo prædicantur de toto ſubiecto: totum aũt hoc euidens fit ex eorum præcedentibus definitionibus. Error autem cadit in qõnes Topicas duobus modis: quorum vnus eſt, ꝙ ſint mendaces, aut ꝙ loquat' de illis noĩe inuſitato in notione idiomatis, & apud vulgus non ſignificat illam rem pro qua illo vrunt', prout dicẽdo hoĩem vegetabilem, aut conſimili nomine de nominibus, q̃ ſunt aliter, q̃ idioma ſignificet.

MANTINVS

ſed non ita res ſe habet de ipſo accidenti quia ipſum quidẽ reperit' particulare in ipſo ſubiecto, vt dictum eſt: & ob hãc cauſam accidẽs poteſt affirmari affirmatione particulari, ſed illa alia, videlicet genus, ꝓpriũ, & definitio non poſſunt affirmari, niſi vlr, cum prædicentur de omni, ſ. ſubiecto. Et hoc perſpicuũ eſt ex eorum definitiõibus antedictis. inquit: Contingit autem peccare in ipſis problematibus Dialecticis bifariam: nẽpe vel vt ſint falſa & mẽdacia, vel ꝙ tranſgrediantur cõſuetam nominum denominationẽ in illa lingua et nõ ſignificet apud vulgũ illud qd ſolet apud eos ſignificare, vt ſi hõ appellaret' beſtia, & ſiſia noĩa, q̃ ſignãnt contrariũ ſignãtũ, quo ſolet in illa lingua ſignificari. A B

Loci problematum quod quicquam inſit, vel non inſit. Cap. 2.

VNus aũt locus eſt inſpicere, ſi quid ſm aliquem alium modum ineſt, vt accidens asſignauit. Peccatur autem maxime id circa genera. vt ſi quis albo dicat accidere colorem eſſe: nõ. n. albo colorem eſſe accidit, ſed genus eius color eſt. Contingit autem & ſm nominationem determinare eum qui ponit: vt quod accidit iuſtitiæ virtutem eſſe. Sæpe autem & cũm non determinet, manifeſtũ ꝙ genus, vt accidens asſignauit: vt ſi quis albedinem colorari dixerit, vel ambulationem moueri: à nullo enim genere denominatiue prædicatio de ſpecie dicitur, ſed omnia vniuoce genera de ſpeciebus prædicantur: nam & nomen, et rationem generum ſuſcipiunt ſpecies: qui igitur coloratum dixit album, neque genus aſſignauit, quoniam denominatiue dixit neq; vt proprium, vel vt definitionem: nam definitio, & proprium nulli alĩ ineſt, ſunt autem colorata, & pleraq; aliorum, vt lignum, lapis, hõ, equus: manifeſtum igitur quoniam, vt accñs asſignauit. Alius locus eſt inſpicere ea, quibus ineſſe aut omnibus, aut nulli dictum eſt: & conſiderare ſm ſpecies, & non in infinitis. Nam tranſitu magis, & in paucioribus conſideratio: oportet aũtem conſiderare, & incipere à primis, deinde conſequenter vſque ad indiuidua, vt ſi oppoſitorum eandem diſciplinã quis dixerit C

Prim⁹ locus. Declaratio.

2. Locus. Declaratio.

Hic loc⁹ & cõſtructionis & deſtructiõis.

G dixerit eſſe, perſpiciendum ſi eorum quæ ſunt ad aliquid, & contrariorum, & quæ ſm priuationem & habitum, & quæ ſecundum contradictionem dicuntur eadem ſit diſciplina: & ſi in his nondum manifeſtum eſt, rurſum ea diuidendum vſq; ad indiuidua: vt ſi iuſti, vel iniuſti, vel dupli, vel dimidñ: vel cæcitatis, vel viſus: vel eſſe, vel non eſſe. Nã ſi in aliquo oſtendatur q̃ non eadem, interimentes erimus problema: ſimiliter autem & ſi nulli ineſt: iſte autem locus conuertitur ad conſtruendũ & deſtruendum. Si.n. in omnibus videatur cum diuiſionem proferimus, vel in pluribus, poſtulandum eſt autem vĩr ponere, aut inſtantiam ferre in aliquo non ſic eſſe: nam ſi neutrum horum faciat abſtat, dus apparebit, qui non ponet. Alius eſt, definitiones facere accidentis, & eius cui accidit, aut vtriuſq; de vtroq;, aut alterius: de-

3. Locus. Declaratio.

H inde conſiderare ſi quid non verum in definitionibus, perinde ac verum ſumptum ſit. Vt ſi eſt Deum iniuſtitiam facere, quid iniuſtitiam facere: ſi enim nocere ſponte, manifeſtum, quoniã non eſt Deum iniuſtitiam facere, non.n. contingit nocere Deum: & ſi inuidus ſit ſtudioſus, quis inuidus, & quæ inuidia. Nam ſi inuidia eſt triſtitia in apparenti proſperitate alicuius proborũ, manifeſtũ eſt q̃ ſtudioſus non eſt inuidus, prauus.n. eſſet: et ſi indignãs inuidus, quis vterq; eorum: ſic.n. manifeſtum erit vtrũ verũ, an falſum ſit quod dictum eſt. vt ſi inuidus quidem ſit qui triſtatur in bonorum proſperitatibus, indignans autem, qui in malorum proſperitatibus triſtatur, manifeſtũ q̃ non erit inuidus indignãs. Sumere autem & pro ñs (quæ in definitionibns ſunt) nominibus definitiones, & non deſiſtere donec ad notum deuentum ſit: nam ſæpe cum tota quidem definitio aſſignata ſit, nõ manifeſtum eſt

A definõe.

I quod quæritur: pro aliquo autem eorũ, quæ in definitione ſunt, nominum, definitione dicta manifeſtum fit. Amplius problema, propoſitionem ſibi facientem inſtare. Nam inſtantia erit argumentũ ad poſitionem. Eſt autem locus hic pene idem ei, quo cõſiderare quibus ineſſe, vel oĩbus, vel nullis dictum eſt, differt autẽ modo, Amplius, determinare quæ oportet dicere, vt plures, & quæ non. Vtile.n. & ad conſtruendum, & ad deſtruendum: vt quod nominationibus quidẽ res nuncupandũ vt plures: quæ autem ſunt talia ne, an non talia, non amplius attendendum ad plures. vt ſalubre quidem dicẽdum effectiuum ſanitatis, ceu plures dicunt, vtrum autem propoſitum effectiuum ſit ſanitatis, an nõ, non amplius vt plures dicendũ, ſed vt Medicus. * Amplius, ſi multipliciter dicatur, poſitum autem ſit qm̃ ineſt, aut qm̃ non ineſt: alterum monſtrare eorum quæ multipliciter dicunt, ſi nõ vtraq; contingat.

Quare locus. Declaratio.

* Ab inſtãtia.

5. locus. Declaratio.

* 6. locus. Declaratio.

A multiplici conſtructionis & deſtructiõis æqu.

contingat. Vtendum autem in ijs quę latent: nã si non lateat multipliciter dictum, instabit qm̃ non monstratum est id quod ipse dubitabat, sed alterum. Hic autem locus conuertitur & ad construendum, & ad destruendum: nam construere volentes ostendemus qm̃ alterum inest, si non ambo poterimus: destruẽtes autem qm̃ non inest alterum ostendemus, si ambo non poterimus: verum tamen destruenti quidẽ nihil oportet ex cõcessione disputare, neq; si omni, neq; si nulli dictum sit inesse; nam si ostenderimus qm̃ non inest quodcunq; id sit, interimentes erimus omni inesse: similiter autem & si vni ostenderimus inesse, interimemus nulli inesse. Construentibus autem præconfitendũ, quod cuiuis inest, omni inest, si verisimile sit postulatum. Non sufficit. n. ad ostendendum q; omni inest, in vno disputasse: vt si hominis anima immortalis est, propter hoc, anima omnis immortalis: quare præconfitendum, q; si quęcunq; anima immortalis, omnis ĩmortalis: hoc autem non semper faciendum, sed quando non facile possumus communem in omnibus vnam rõnem dicere: quẽadmodum Geometer, q; triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos. Si autem non lateat q; multipliciter dicit̃, diuisum quotupliciter dicitur, & interimendum, & construendũ. Vt si decẽs est vtile, aut honestum, tentandum ambo construere, vel interimere de proposito: vt quod honestum, & quod vtile, vel quod neq; honestũ, neq; vtile. Si autem non contingat vtraq;, alterum ostendendum, annotato q; hoc quidem est, illud autem non: eadem autem ratio, etiam si plura sint in q̃ diuiditur. Rursum quęcunq; nõ ſm equiuocationẽ dicunt̃ multipliciter, sed alio modo. Vt disciplina vna plurium, aut vt finis, aut vt eius qd̃ ad finem: vt medicina eius quod sanitatem facit, vt quod cibat, aut vt amborũ finiũ, velut contrariorũ eadem disciplina (nihil. n. magis finis alterũ altero): aut vt eius quod per se est, & eius quod per accidens: Vt per se quidẽ q; triangulus duobus rectis æquales habet tres angulos, p̃ accidẽs aũt q; ęq; laterus: qm̃. n. accidit triãgulo ęq; laterũ triãgulũ eẽ, p̃ hoc cognoscimus q; duobus rectis ęquales habet. Si ergo nullo mõ cõtingit eadẽ esse pluriũ disciplinã, manifestũ qm̃ oĩno nõ contingit esse, aut si aliquo mõ cõtingit, manifestũ qd̃ contingit. Diuidere aũt quotupliciter, vtile: vt si volueri-mus cõstruere, talia præstatuenda sunt q̃cunq; contingunt, et diuidendum in ea tm̃, quęcunq; vtilia sunt ad construendum: si autem destruere, quęcunq; non contingũt, reliqua vero omittenda. Id autem faciendum in ijs cùm latuerit quotupliciter dicuntur: et esse hoc quidem huius, aut non esse ex eisdem locis astruendum;

A

B

7. Locus. Declaratio. A multiplicis diuisione.

Octauus. Declaratio.

C

A fine & medio atque accidẽte.

G vt diſciplinam, huius quidem aut vt finis, * aut vt eorum q̃ ſunt ad finem, aut vt eorum quæ ſunt ſecundum accidens, vel rurſum non eſſe aliquid ſm aliquem dictorum modorum: eadem autem ratio, & in deſiderio, & quæcunq; alia dicuntur plurium. Eſt.n. deſiderium huius aut vt finis, vt ſanitatis: aut vt eorum quę ſunt ad finem, vt medicinæ conficiendæ, aut vt eorum q̃ ſunt ſm accidens, vt in vino amicum dulce, non quia vinum, ſed quia dulce eſt: nam per ſe dulce deſiderat, vinum autem per accidens: ſi .n. auſterum fit, non amplius deſiderat: per accidens ergo deſiderabat. Vtilitas autem locus hic, & in ñs q̃ ſunt ad aliquid, pene.n. talia ea, q̃ ad aliquid ſunt. Amplius transferre ad euidentius nomen. Vt pro exacto in opinione clarum; & procurioſitate cupiditas ſuperfluarum rerum: euidentiori.n. facto quod dictum eſt, bene argumentabilis eſt poſitio. Eſt autem hic locus ad vtrunq; communis: ad conſtruendum, & ad deſtruendum. Ad oſtendendum autem contraria circa idem ineſſe, conſiderandum in genere. Vt ſi volumus oſtendere q̃ eſt circa ſenſum rectitudo, & peccatum: ſentire quidem iudicare eſt, iudicare autẽ eſt recte, & non recte, & circa ſenſum erit rectitudo, & peccatum: nunc ergo ex genere circa ſpeciem demõſtratio fit: nam iudicare eſt genus ſentire: qui nanq; ſentit, aliquo modo iudicat. Rurſum, ex ſpecie generi: quæcunq; enim ſpeciei inſunt, & generi. Vt ſi diſciplina praua eſt, & ſtudioſa, & diſpoſitio praua & ſtudioſa: nam diſpoſitio, diſciplinæ genus. Primus autẽ locus falſus eſt ad conſtruendum, ſecundus autem verus: non.n. neceſſarium quęcunq; generi inſunt, & ſpeciei ineſſe: nam animal eſt volatile, & quadrupes, homo autem non. quęcunq; vero ſpeciei inſunt neceſſario & generi: ſi enim homo ſtudioſus, & aſal ſtudioſum eſt. Ad deſtruendum autem & primus quidem verus, ſecundus autem falſus: quęcunque enim generi non inſunt, neq; ſpeciei: quæcunq; vero ſpeciei non inſunt, non neceſſe eſt generi non ineſſe. Quoniam autẽ neceſſarium de quibus genus prędicatur, & ſpecierum aliquam prędicari: & quęcunque habent genus, vel denominatiue dicuntur à genere, & ſpecierum aliquam habere neceſſe eſt, vel denominatiue ab aliqua ſpecierum dici. Vt ſi de aliquo diſciplina prędicatur, & grammatica, vel muſica, vel aliqua diſciplinarũ aliarum prædicabitur: & ſi aliquis habet diſciplinam, vel denominatiue à diſciplina dicitur, & grammaticam habebit, aut muſicam, aut aliquam aliarum diſciplinarum, vel denominatiue ab aliqua earum dicetur, vt grammaticus, vel muſicus: ſi igitur aliquid dictum à genere quoquo modo, vt animam moueri, conſiderandum

* al.l. aut vt eorũ, q̃ ſint ſ̃m ſe, aut vt eorũ, q̃ ſunt ſ̃cdm accidens.

Nonus. Declaratio. Ab euidẽtiore appellatiõe.

H Decimus. Declaratio. A genere.

I. declaratio. A ſpecie.

12. declaratio.

A genere & ſpecie.

dum eſt ſi ſecundum aliquam ſpecierum motus contingit animã A
moueri, vt augeri, vel minui, vel corrumpi, vel generari, aut q̃-
cunque aliæ motus ſpecies ſunt: nam ſi ſecundum nullam, mani-
feſtum eſt quod non mouetur. Hic autem locus communis ad
vtrunque, & ad conſtruendum, & ad deſtruendum: ſi enim ſm
aliquam ſpeciem mouetur, perſpicuum eſt quoniam mouetur: et
ſi ſm nullam ſpecierum mouetur, manifeſtum ꝙ non mouetur.
Cum autem facultas non asſit argumentationis ad poſitionem, Decimuſ-
intendendum ex definitionibus aut quæ ſunt propoſitæ rei, vel tertius.
quæ videantur, & ſi non ab vna, etiam à pluribus. Facile enim Declara-
definientibus argumentari erit: nam ad definitiones facilis argu tio.
mentatio. Conſiderandum autem in propoſito, quoniam exiſten 14. decla-
te neceſſe eſt poſitum eſſe, aut quid eſt ex neceſsitate, ſi propoſi- ratio.
tum eſt. Conſtruere quidem volenti, quo exiſtente propoſitum
erit ex neceſsitate: nam ſi illud oſtendatur eſſe, & propoſitum B
oſtenſum: erit deſtruere autem volenti, quid eſt ſi propoſitũ eſt:
nam ſi oſtenderimus conſequens propoſitum non eſſe, interimen
tes erimus propoſitum. Amplius, ad tempus inſpiciendum ſi ali 15. decla-
cubi diſſonat. Vt ſi quod nutritur, dixerit quis ex neceſsitate au ratio.
geri: nutriuntur enim ſemper animalia, augentur autem nõ ſem
per. Similiter autem & ſi ſcire dixerit quis reminiſci: hoc enim
præteriti temporis eſt, illud autem præſentis, & futuri: ſcire. n.
dicimur præſentia, & futura, vt quoniam erit Solis defectus, re-
miniſci autem non contingit aliud ꝙ̃ præteritum. Amplius ſo- 16. decla-
phiſticus modus ducere ad id, ad quod plurimam habemus ar- ratio.
gumentorum facultatem. Hoc autem erit quandoq; quidem ne- A faculta
ceſſarium, quandoq; autem apparens neceſſarium. quandoq; au- te copioſa
tem neq; apparens, neq; neceſſarium: neceſſarium quidem, quan argumẽto
do negante eo qui reſpondet aliquid vtilium ad poſitionem, ad il rum.
lud rationes facit: contingit autem id talium eſſe ad quæ copio- C
ſam argumentorum facultatem habemus, ſimiliter autem & qñ
inductionem ad aliquid per poſitum faciens, interimere conatur:
hoc enim interempto, & propoſitum interimitur. Apparens au-
tem neceſſarium eſt, quando videtur quidem vtile, & accom-
modum poſitioni, non eſt autem ad id ad quod fiunt diſputatio-
nes, ſiue negante eo qui diſputationem ſuſtinet, ſiue ab inductio-
ne probabili, per poſitionem ad idem factam interimere conetur
idipſum: reliquum vero quando nec neceſſarium eſt, nec appa-
rens ad id ad qđ fiunt diſputatiões, & ſine cauſa accidit redargue
re reſpõdentem. Oportet autem deuitare poſtremum dictorum
modum: oĩno. n. ſemotus, & extraneus videtur eſſe à dialectica,

D Quare oportet & respondentem non grauiter ferre, sed ponendo
quæ non vtilia sunt ad positionem significare quæcunq; non vi-
dentur, ponit tñ: nam magis perplexos esse vt plurimum contin
git eos, qui interrogant, qñ omnia hmõi ab eis posita fuerint, si
17. declaratio. non concludunt. Amplius, omnis qui dixit vnumquoduis, quo-
dam modo multa dixit: eo q; plura vnicuiq; ex necessitate con-
sequentia sunt (vt qui hominem dixit esse, & q; animal est dixit,
& q; animatum, & q; bipes, quodq; mentis, & disciplinæ suscepti
uum) quare quouis vno consequentiũ interempto, interimitur
et quod in principio est: cauere autem oportet in huiusmodi, dif-
18. Declaratio. ficilioris assumptionem facere. Nam qñq; facile est consequens
interimere, quandoq; idipsum propositum. Quibuscunq; aũt ne
cesse est alterum tantum inesse, vel non inesse, vt homini ęgritu-
dinem, vel sanitatem: si alterum facile poterimus disputare quod
E inest, vel non inest, & ad reliquum facile poterimus. Hoc autem
19. Declaratio. conuertitur ad vtrunq;: ostendentes.n. quod inest alterum, quod
non inest reliquum ostendentes erimus: si autem quod non inest
ostendamus, reliquum inesse ostendentes erimus: manifestum
igitur quòd ad vtrunque vtilis hic locus est. Amplius argumen-
tari transferendo nomen in orationem: cum longe magis con-
sentaneum visum fuerit transsumere quàm vt ponitur no-
men. Vt magnanimum non fortem (vt ponitur) sed ma-
gnum animum habentem: quemadmodum fidentem, bona spe-
rantem. Similiter autem & ingeniosum. cuius fuerit genius stu-
diosus. quemadmodum Xenocrates inquit, ingeniosum eũ esse,
qui animam fortitus est studiosam: ipsam enim vnicuiq; esse ge-
20. Declaratio. nium. Quoniam autem rerum aliæ quidem sunt ex necessitate,
F aliæ autem vt in pluribus, aliæ vero vtrumlibet, si quod ex neces-
A positiõe vnius ꝙ alterũ. sitate est, vt in pluribus ponatur, aut quod vt in pluribus, ex ne-
cessitate: aut ipsum, aut contrarium ei quod est in pluribus, sem-
per dat locum argumentationis. Nam, si quod ex necessitate est,
vt in pluribus ponatur, manifestum quoniam non omni dicit in
esse, cum insit omni: quare peccauit: siue, quod in pluribus di-
citur, ex necessitate dixit, omni dixit inesse, cum non insit omni:
similiter aũt & si contrarium ei qđ in pluribus est, ex necessitate dixit,
semp.n. in paucioribus dicitur contrariũ ei, qđ est vt in pluribus.
vt si vt in pluribus praui hoĩes, boni in paucioribus, quare mul-
to magis peccauit, si bonos ex necessitate dixit esse: similiter autẽ
& si qđ vtrũlibet est, ex necessitate dixit, vel vt in pluribus: neq;
.n. ex necessitate vtrunlibet, neq; vt in pluribus: contingit autẽ
& si nõ determinans dixerit vtrum vt in pluribus, an ex necessi-

tate

A tate dixit: fit autem res vt in pluribus disputare. vt si ex necessi-
tate is dixerit. Vt si prauos exhęredandos dixit esse, non determi-
21. Decla- nans, tanq̃ ex necessitate is dixerit, disputare. Amplius, & si idē
ratio. sibi accidens posuerit vt alterum, eò q̃ alterum sit nomen. Quem
admodum Prodicus diuidebat voluptates, in gaudium, & iucun
ditatem, & lætitiam: hæc.n. omnia eiusdem (id est voluptatis)
nomina sunt: si ergo aliquis gaudere, ei quod est lætari ponat ac-
cidere, idem vtique sibi ipsi dicet accidere.

Sermo de Locis quæsitorum de Ineſſe, & non Ineſſe. Cap. 2.

ABRAM

INitium autem locorum, q̃ enun
tiauit Arist. est, q̃ consideremus
prædicatum positu. si enim fuerit
B in suo subiecto, secūdum q̃ vnum
illorum prædicatorum excepto ac-
cidente, non sit accidens, & si denō-
minauerit illud denominatione, q̃
sit accidens subiecto, errauit nomi
nis appellatione. vt si diceret q̃ albe
dini acciderit, quòd sit color, color
enim est albedinis genus, non acci-
dens. Et aliquando cadit error in
generis prædicatione de subiecto,
q̃ prædicetur prędicatum acciden-
tis, quod est, qñ de suo subiecto prę
dicatur nomine denominatiuo, vt
si quis diceret q̃ albedo sit colora-
C ta: notum enim est, q̃ qui hoc fe-
cerit, prædicauerit accidens prædi-
catione accidentis, non prędicatio-
ne generis: genus enim prædicatur
de specie prædicatione, qua conue-
nit eius nomen, ip siusq̃; definitio,
non prędicatione proprij & defini-
tionis: hęc enim sunt propria rebus,
de quibus prædicantur: hoc est q̃
non insunt alijs ab illis, coloratum
autem inest alij ab albedine. Notū
itaque est quòd qui hoc fecerit de-
nominauerit genus q̃ sit accidens.

Secundus

MANTINVS

PRimus loc⁹, de quo fecit Arist.
mentionē, est vt inspiciamus q̃
dicatum propositū: nā, si insit sub-
iecto suo, quatenus est vnū ex reli- E
quis alijs pręter accidens, tunc non
erit accidens: q̃ si quis denomina-
uerit ipsum esse accidens subiecto,
iam errauit in nominis denomina
tione. vt si quis dixerit, q̃ accidit al
bedini, vt sit color: nā color est ge-
nus albedini, non accidens. Potest
quoq; committi error in prædica-
tione generis de suo subiecto: nem
pe si prædicetur prædicatione acci-
dentis, s. q̃ prædicetur de suo subie
cto nomine denominatiuo, vt si qs
dixerit albedinem esse coloratam:
nam manifestum est, q̃ qui ita fece F
rit, fecit vt genus prædicetur prædi
catione accidentis, non prędicatio-
ne generis, quoniam genus prędi-
catur de specie prædicatione vni-
uoca, videlicet, q̃ eius nomen & de
finitio vniuoce dicantur: neq; præ
dicatur prædicatione proprij, ac de
finitionis, quoniam hæc propria
sunt illis rebus, de quibus prædican
tur, itavt nō insint alijs: sed colora
tum alijs inest, quàm ipsi albedini.
Qui ergo hoc fecerit tam denomi-
nauit, & descripsit genus quatenus
est accidens.

E iij Secundus

ABRAM

G Secundus autem locus ſumitur
Locus. 2. ex rei eẽntia, qui eſt locus ſumptus ab eſſentia partitionis: qñ.n. nos volumus per hunc locum procurare prædicatum ineſſe ſubiecto, aut nõ ineſſe, partimur ſubiectum in ſuas ſpecies, deinde in ſuarum ſpecierũ ſpecies, donec finiant in ſua indiuidua: deinde inſpicimus ineſſe prędicatum illis, ſi commonſtratũ fuerit ꝙ inſit omnibus illis, aut ſuis primis ſpeciebus, aut ſpecierum ſpecie bus, aut indiuiduis, ſi non inſit ſpeciebus, aut omnibus illis, aut maio-
H ri parti illarum, commonſtratum fuerit illud ineſſe toti ſubiecto: & componitur ex hoc oratio inquiſitiua, non demonſtratiua, ex quo ſyll'o demonſtratiuo commonſtratur particulare per vl'e, hoc aũt cõmonſtratur vl'e per particularia: & ſi commonſtratum fuerit, ꝙ illud ſit negatũ ab omnibus illis, cõmonſtratum eſt, ꝙ prędicatum ſit negatũ à toto ſubiecto: & ex hoc cõponeret ſecũda ſpecies primę figurę: ſi autem commõſtratũ fuerit, ꝙ illud ſit negatũ ab aliquibus illorũ,
I cõmonſtrat illius deſtructio ab illo in tertia figura. vt v.g. ſi q̃reremus, an oppoſitorũ ſcĩa ſit vna, diuidere mus oppoſita in quatuor ſpecies, q̃ ſunt affirmatiuũ & negatiuũ, & cõtraria, & relatiua, & priuatio & habitus: & ſi de his cõmonſtratũ fuerit, ꝙ oĩum ipſorũ ſcĩa ſit vna, cõmonſtratũ eſt, ꝙ oppoſitorũ ſcĩa ſit vna: hoc.n. itinere procederetur de oĩbus oppoſitorũ ſpecieb⁹: ſi aũt cõmõſtratũ eẽt, ꝙ nõ eẽt vna oĩum ipſorũ ſcĩa, cõmõſtratũ inde eẽt negatiuũ vl'e ĩ prĩa figura: & ſi cõmõſtratũ eẽt, ꝙ ſcĩa quorũdã ipſorum nõ

MANTINVS

Secũdus locus eſt ſumptus à rei K
eſſentia, & ſubſtantia, & eſt locus ſumptus per viã diuiſionis: nã cum volumus ĩ hoc loco reſpicere vtrũ ꝑdicatũ inſit ſubiecto, vel nõ inſit, diuidim⁹ ſubiectũ in ſuas ſpẽs, mox in ſpẽs ſpecierũ eius donec deſinãt, & finiant oĩa indiuidua eius, deinde inſpicimus in eis ineſſe ipſum ꝑdicatum, & ſi notũ fuerit ipſum ineſſe oĩbus illis, ſiue primis ſpecieb⁹, ſiue ſpeciebus ſpecierũ vel ipſis indiuiduis, ſi non fuerit manifeſtũ ipſum ineſſe ſpeciebus, ſiue oĩbus ipſis, ſiue maiori parti eorũ, tunc con L
ſtabit ipſum ineſſe toti ſubiecto, & conſtituetur ex hoc oratio inducti ua, non demonſtratiua, cũ in ſyll'o demonſtratiuo declaret particulare per vl'e, in hoc vero manifeſtatur vl'e per particularia: at ſi cõſtet ipſum negari ab omnibus illis, tũc cõſtabit ipſum prædicatum eſſe quoque negato à toto ſubiecto, & conſtituetur ex hoc ſecũdus modus prĩæ figurę. Quòd ſi conſtet ipſum eſſe negatũ ab aliquibus illorum, ſeu à parte ipſorũ, tunc conſtabit eius de
ſtructio in tertia figura. Exempli M
cauſa, ſi q̃ramus vtrum ſcĩa oppoſitorum ſit eadẽ, tunc.n. diuidemus ipſa oppoſita in quatuor ſua gña, q̃ ſunt affirmatio & negatio & ipſa cõtraria, & ipſa relatiua, & priuatio & habitus: & ſi in his conſtabit ſcĩam de omnibus illis eſſe eandẽ, tũc conſtabit ſcĩam oppoſitorũ eſſe eandẽ, & hoc inductiue de oĩbus generib⁹ oppoſitorũ: & ſi cõſtet ſcĩam oĩum eorũ non eſſe eandẽ, tũc cõſtabit ex hoc vl'is negatiua in prima figura. At ſi conſtet ſcĩam quorundã eorum non eſt eandem, tunc conſta-
bit

ABRAM

A non eſſet vna, cõmonſtratũ eẽt negatiuum, qđ cõcluderet particulare in tertia figura. Si aũt in primis ſpeciebus oppoſitorum nulla res de hoc nobis cõmonſtraret, vnũqđq; ipſorũ diuideremus ad ſcđas ipſius, & ſi hinc cõmonſtratũ nobis fuerit, hoc ipſum eſt, qđ ꝓponebam⁹, ſinaute & illas diuidimus quouſq; ad indiuidua proceſſus finiatur.

Locus. 3. Tertius aũt locus ſumitur ex definitione, & eſt demonſtratiuus ex rei eſſentia: hic aũt fit duobus modis: aut ꝙ definiamus quæſiti ſub-

B iectum, & ſi cõperiamus queſitum eſſe ibi, commõſtratũ eſt in prima figura, ꝙ inſit ſubiecto, & ſi cõmonſtraret ꝙ ſit ab illo negatũ, cõmonſtratur ꝙ negetur ab ipſo ſubiecto in prima & ſecunda figura. V.g. an aĩa ſit mortalis, & dicimus, aĩa eſt ſubſtantia, quæ ex ſeipſa mouetur continuo motu, qđ autẽ eſt hmõi, eſt immortale, aĩa itaq; eſt immortalis: ſecundus autem modus eſt, quòd definiamus ipſummet prædicatum, & ſi ipſum inuenire-

C mus in ſubiecto, cõmonſtratũ eſt ꝙ prędicatum inſit toti ſubiecto in ſecunda figura: definitio. n. conuertitur, niſi. n. hoc eſſet, nõ concluderet: fieret. n. ex duabus affirmatiuis in ſcđa figura. Si aũt cõmonſtratũ eẽt, ꝙ ipſius definitio eẽt negata ab ipſo ſubiecto concluderet negatiuã vlem in ſcđa figura. V.g. an ſtudioſus ſit inuidus, & ĩuenimus inuidũ noxiũ rei ꝓſperitatis, ſtudioſum autẽ ñ nocere rei ꝓſperitatis, cõcludit itaq; ſtudioſũ nõ eẽ inuidũ. Si ãt ñ eẽt aliq̃d explicitũ de defiõne ꝓdicati & ſubiecti, facimus de ꝓtib⁹ definitiõis, ꝓut fecimus de ſubiecto, aut

MANTINVS

bit ex hoc negatiua, q̃ inferet particulare in tertia figura. Quòd ſi nihil huius rei conſtet in primis ſpeciebus oppoſitorũ, tunc diuidemus oẽs ſpecies eorũ: & ſi ex his conſtet, habemus intentũ, qđ volumus: & ſi non, tunc diuidemus eas donec deueniatur ad indiuidua. D

Tertius locus eſt ſumptus à definitiõe, & eſt demonſtratiuus ſubſtãtię rei: & fit dupliciter: primo mõ vt definiat ſubiectũ problematis, & ſi inueniat prędicatum ineſſe ei, tunc oſtendit ĩ prima figura ipſum ineſſe ſubiecto: at ſi ꝓbetur ipſum E eſſe negatũ ab eo, tunc probatur ipſum eſſe denegatũ ab ipſo ſubiecto in prima & in ſecũda figura. exempli gr̃a, vtrum aĩa ſit mortalis, & dicatur aĩa eſt ſubſtantia mobilis per ſe motu continuo: id autem, quod ita ſe habet, eſt ĩmortale: ergo anima eſt ĩmortalis. ſecundo vero modo fit, vt definiatur ipſummet prædicatum, & ſi inueniatur ineſſe ſubiecto, tunc conſtat prædicatum ineſſe toti ſubiecto in. ij. figu. quia definiõ eſt cõuertibilis, alias. n. nõ concluderet, quia conſtaret ex duabus F affirmatiuis in ſecunda figura: at ſi conſtet, quod eius definitio negetur à ſubiecto, tunc concludet negatiuam vniuerſalem in ſecunda figura. exempli gratia, vtrum ſtudioſus ſit inuidus: & inueniemus inuidũ triſtari in proſperitatibus, ſtudioſus vero non triſtatur proſperitatibus: concludetur ergo, ſtudioſus non eſt inuidus. At ſi nihil definitionis prædicati & ſubiecti nobis declaretur, tunc idem faciemus de partibus definitionis, quod fecimus de ſubiecto, vel de præ-

ABRAM

G aut de ipso ꝓdicato, hoc est, de defi nitiõe partiũ alterius illorũ, & illã cõsideramus eo mõ, quo hoc cõsiderauimus de ipso ſubiecto, aut ꝓdicato, & ſic vſq; ad ſimplicisſimã partium definitiõis: hoc aũt fit, qñ non fuerit nobis cõmonſtratũ per id, qđ ante hãc propoſitum fuerat.

Locus. 4. Quartus autem locus eſt ꝙ ſtramus contradictoriũ ei, quæ poſita fuerat, & quo ad hoc ꝓcurabimus. quantum poſſibile fuerit. Si autem illi non fuerit contradictoriũ, aut ſi illud inuenerimus, iam ipſum de

H ſtruxerimus, verificatum eſſet ipſum poſitũ. Vis aũt huius loci eſt, vt vis loci, qui inquiſitione eſt aliquid verificatum: contradictionis .n. priuatio fit ipſo ſenſu, & aliqñ fit inquantum non eſt ſyllus, qui illi contradicat: & hic non eſt locus, ſed eſt præceptum iuuans conſtructionem ſubiectionum diuulgatarum, nec ẽt eſt demonſtratiuus: nõ enim ſequitur, qñ alicui rei nõ fuerit contradictorium, aut ꝙ illius cõtradictio deſtruatur, ꝙ illa ſit ſm ſe vera: poſſet enim aliquando eſſe il

I li aliud contradictorium, præter ꝙ nos eſtimemus illud.

vbi expedit quidem tali obſeruantia victus vti, vt in morboſis lo
cis,ſimpliciter aūt non expedit. Adhuc autē, alicubi quidē vnum
tantum poſſibile eſt eſſe,ſimpliciter autē non poſſibile vnum tan-
tum eſſe. Eodem autē modo & alicubi bonū eſt quidem patrem
ſacrificare,vt in Tribalis,ſimpliciter aūt non bonū. an in hoc qui-
dem nō vbi ſignificat,ſed quibuſdā: nihil enī refert vbicunq; ſint:

vbiq;

vbiq; n. erit eis bonum in Tribalis. Rurſus quidem expedit medicari, vt quando ęgrotat, ſimpliciter autem non. An neq; hoc qñ ſignificat, ſed in eo q; afficitur aliquo modo? nihil enim refert quandocunq;, dummodo ſic affectus ſit. Simpliciter autem eſt, q; nullo addito dicis q; bonum eſt, aut contrarium: vt patrem ſacrificare non dicis bonum eſſe, ſed quibuſdam bonum eſſe: non ergo ſimpliciter bonum: ſed Deos honorare bonum dicis nihil addens: ſimpliciter. n. bonum eſt. Quare quod nullo addito videtur eſſe honeſtum, vel turpe, vel aliquid talium, ſimpliciter dicetur. Diuiſio.

Sermo de locis ex Similibus ſecundum magis & minus, & ex AEqualitate. Cap. 4.

ABRAM

B

Loc⁹ .14. qui ē. 32. & 33.

VIgeſimusquartus locus ſumitur à ſimili, ſimile aũt eſt duobus modis, prout prędictũ eſt. aut ſimile ſm accidens, aut ſm proportionem: ſimile quidē ſecūdū accidens, vt dicimus ſi ſit vna ſcīa multarum rerū, opinio eſt vna multarum rerū, ſimile vero ſm proportionem eſt, vt dicimus, ſi proportio regis ad ciuitatē eſt proportio nautæ ad nauim, & non conueniat nautæ inebriari, nec Regi cōuenit
C inebriari. Themiſtius autem ponit ſimilis tertium locum, qui ſumitur metaphorice, & ex translatione, quando. n. nos proponimus aliquam rem de aliqua re, & eius explicatio p ſimile fuerit magis diuulgata, transferimus cōmonſtrationem ad ſimile, qd eſt magis diuulgatum, & quando in illo fuerit cōmonſtrata hæc res, illam transferimus, prout fecerunt Ariſt. & Plato de ciuitatis & animæ iuſtitia. Locus vero, quo dicitur quòd expediat cōſiderare, an res ſit ſecundum vnum, & ſecundum multa, quia putatur de illo, quòd ſubintret loca ab

MANTINVS

LOcus vigeſimuſquartus ē ſum B
ptus ab ipſis ſimilibus: ipſum autē ſimile bifariam dr̄, vt iam in ſuperioribus fuit oſtēſum. nempe, vel ſimile per accidēs, vel ſimile ſm proportionē: ſimile autē per accidens eſt, vt cū dicimus ſi ſcīa vna eſt plurium rerum, ergo & opinio erit vna pluriū rerū. ſimile vero ſm ,pportionē eſt, vt cū dicimus, ſi eadē eſt proportio & ratio regis ad ciuitatē, quæ eſt ipſius nautici ad nauē, ſed non decet nauticū inebriari, ergo neq; Regē decet inebriari. Themiſtius autē facit tertiū locū ipſius F
ſimilis, & eſt, qui ſumitur ex pmutatione, & translatione: nā cū nos volumus attribuere aliquid alicui rei, cuius probatio per ſimile ſit ,pbabilior, tūc trāsferimus illā ,pbationē ad ipſum ſimile, qđ probabilius erit: & ea re ſic probata p illud, tūc transferimus illud ad aliud notius, vt vſus eſt Plato, cū probat iuſtitiā ī ciuitate ex iuſtitia in aīa. locus aũt ille, in quo dr̄, q; oportet cō ſiderare vtrū ſi vna res inſit vni, q; inſit ēt pluribus: nam vr̄, q; is locus ſubingrediatur illa loca, q̄ ſunt ſum

pta

ABRAM

G ab operationibus & euentis rei, & eſt demonſtratiuus in deſtructiõe, vt in ſcientia ſit imaginatio, & dicatur, ꝙ non ſit imaginatio, quia addiſcimus multas res ſimul, & ĩpoſſibile eſt ꝙ imaginemur multas res ſimul, & iam poſſibile eſt, ꝙ ponatur locus alius per ſe.

Locus. 25. q eſt. 34. 35. 36. & 37.

Vigeſimuſquintus locus eſt, qui ſumitur ab eo, qđ eſt magis & minus, & ipſi⁹ ſunt quatuor loca: quorum vnus eſt, ꝙ conſideremus prędicatũ quæſiti, eiuſq; ſubiectum, ſi eo, quo augeť ꝑdicatũ, augeť ſubie-

H ctũ, prædicatũ dicimus ineſſe ſubiecto: in deſtructione autem ſit contra hoc, ſi imminuit, quanto augetur ſubiectum, enuntiamus ꝙ non inſit ſubiecto. V.g. in deſtruendo, ſi quod eſt delectabilius, ſit minus bonum, delectabile nõ eſt bonum. Et ſimiliter etiã, ſi inuenimus prædicatum ineſſe ſubiecto, ennntiamus ꝙ ex quo augetur ſubiectum, augeatur prædicatum. V.g. ſi delectatio ſit bona, quod eſt delectabi-

I lius, eſt melius, hoc autem non eſt verum in rebus, quarum exceſſus exit ęqualitatem, quia ſi & cõmotio & calefactio ſint vtiles, non inferť ꝙ magis cõmoueri & calefieri ſit vtilius: ſecundus aũt eſt, quando dicitur vnum prædicatum de duabus rebus, & ipſum ineſſe vni eſt conuenientius q̃ ipſum ineſſe alteri, & ineſt cui non eſt conuenientius eſſe, ineſt etiam illi cui conuenientius eſt ipſum ineſſe, & econtra, ſi non inſit illi, cui conuenientius eſt ineſſe, nec ineſt cui non eſt conuenientius ineſſe, & qñ propoſitionis

MANTINVS

pta ab actiõibus ipſis & ab ipſis cõ- K
ſequẽtibus, ſeu accidẽtibus. Et ẽ demõſtratiuus ĩ deſtruẽdo. vt exẽpli gr̃a, vtrũ ſcĩa ſit imaginatio, vel cogitatio, & dicať ꝙ nõ ẽ imaginatio, qñ nos multas res ſiḿ diſcim⁹, cũ tñ nõ poſſint plures tres vna imaginari: & is locus poſſet ſeorſum poni.

Locus. 25. ẽ ſumptus ex magis & min⁹, & hẽt q̃tuor loca. Prim⁹ ẽ, vt reſpiciam⁹ ꝑdicatũ ſuppoſiti, & ei⁹ ſubiectũ, & ſi ĩuenerim⁹ id, quo ſuſcipit ĩcremẽtũ ei⁹ ſubiectũ, & ĩueniať ĩ ea illud ĩcremẽtũ, ſeu illđ ma-
gis, & reperiať ĩ eo ei⁹ ſubtũ & ma- L
gis, tũc dicim⁹ ꝑdicatũ ineẽ ſubto. In deſtruẽdo ỽo hui⁹ oppoſitũ, ñ ſi ĩuenerim⁹ ipſum minui pid, qđ addiť ĩ ei⁹ ſubto, tũc iudicam⁹ ipſũ nõ ineẽ ſubto. exẽplũ ĩ cõſtruẽdo, vt ſi dicam⁹, ſi id, qđ ẽ magis voluptuoſũ, ẽ magis bonũ, ergo voluptas ẽ bonũ, ĩ deſtruẽdo ỽo, vt ſi id, qđ ẽ magis voluptuoſũ, ſit min⁹ bonũ, ergo voluptas ñ ẽ qđ bonũ. ſiť quoq;, ſi ĩueniam⁹ ꝑdicatũ ineẽ ſubiecto, tũc enũciam⁹, ꝙ id, quo ſubiectũ augeť, eodẽ ĩunieť ꝑdicatũ augeri. exẽpli gr̃a, ſi voluptas ẽ bo- M
nũ, id, qđ ẽ magis voluptas, erit magis bonũ: hoc aũt nõ eſt verũ ĩ his, ĩ q̃bus exceſſus trãſgrediť æq̃tatẽ: nã & ſi exercitiũ & calefactio ſint vtilia, nõ ſequ⁹ ꝓpea, vt id, qđ ẽ maioris exercitij & maioris calefactionis, ſit vtili⁹. Sedus ẽ, cũ dr̃ vnũ ꝑdicatũ de duab⁹ reb⁹ & cõueniẽti⁹ inſit vni q̃ alteri, mox inſit ille, cui ineẽ nõ ẽ cõueniẽti⁹, & inſit ẽt illi, cui cõueniẽtius ẽ ineẽ: & è cõtra. ſi igiť ñ repiť in eo, ĩ quo cõueniẽti⁹ ẽ repiri, neq; repieť ẽt ĩ eo, ĩ quo nõ eſt cõueniẽti⁹ repiri: & cũ volueris deſtruere,

ABRAM

G sitionis deſtructionē ponas antecedens locū exceſſus, & conuenientioris. V.g. in conſtruendo ſi diuitias non eſſe bonas conuenientius ſit, q̄ ſalutem non eſſe bonam, & diuitię ſunt bonę, ſalus itaq; eſt bona. & in deſtruendo fit contra hoc, qa ſi cōuenientius ſit ſalutē eſſe bonā, & ſalus non ſit bona, & diuitię conuenientius eſt non eſſe bonas. Tertius autem eſt, qñ dicuntur duo prædicata de vno ſubiecto, ſi qd rarius in

H eſt, aut non ſit conuenientius, aut ſi viliusineſt, illud itaq; qđ primum aut magis pro maiori parte, aut nobilius ineſt: & in deſtruēdo fit contrariū. V.g. ſi cœleſti orbi nō inſit naturalis quies, cōuenientius eſt ꝓ ei non inſit quies violenta. Quartus autem eſt qñ dicuntur duo prædicata de duobus ſubiectis, ſi prædicatum qđ conuentius eſt ineſſe alteri duorum ſubiectorum non inſit, qđ non eſt conuenientius ineſſe non ineſt, & è contra ſi qđ eſt conuenientius non ineſſe ineſt, qđ conuenientius eſt ineſſe neceſſario ineſt. Exempli gratia, ſi vacuum con-

I ueniētius eſt ineſſe aeri q̄ ineſſe terræ, & vt vl'ius inquam corporibus raris q̄ corporibus denſis, & nō ineſt raris, ſicq; nō īeſt dēſis. Et cōtra hoc in cōſtruendo, ſi ſit in dēſis, eſt itaq; in raris. Hęc aūt loca (ꝓut ait Themiſt.) cōſtituunt ex ſili & oppoſito, q̄rit. n. ſimile ſubiecto, & differūt ſm magis & minus, & ſunt diuulgata. Auic. aūt dicit ꝓ aliqñ fiūt demſtatiua, qñ prius illorū fuerit prius nāliter. Ego aūt dico ꝓ eſtimet, ꝓ Ariſt. vſus ſit illo in. 1. lib. de Cœlo & Mundo, qñ dicit: ſi figurę circulari eēt aliqd cōtrariū eēt figura recta

MANTINVS

ſtruere, tūc pone ipsū añcedēs ꝓ ip K ſo exceſſu & ꝓ cōueniētiori. Exemplū ꝓ o ī cōſtruēdo, vt ſi diuitię nō vī vt ſint magis bōę, q̄ ipſa ſanitas, & ipſę diuitię sūt bonę, ergo & ſanitas ē bōa. Deſtruēdo quoq; ꝓ oppoſitē fit, vt ſi ſanitas cōueniēti⁹ eſt vt ſit bōa, & ſanitas ñ ſit bona, ergo & ipſę diuitię cōueniēti⁹ ē vt ñ ſint bonę. Tertius ē, cū dicunt duo ꝑdicata de vno ſubto. nā, ſi illd qđ min⁹ inē, vl'ñ ē cōueniēti⁹, aut ē ignobili⁹, & īeſt, ergo id, qđ prīo īeē vī vl' vtī plurib⁹ ineē, vl' qđ nobili⁹ ē, īerit. In deſtruēdo ꝓ o è cōtra. exēpli L gr̄a, ſi nālis qes ñ īeſt corpi cœleſti, ergo lōge magis nō dēt ei ineē qes violēta. Quart⁹, qñ duo ꝑdicata dicunt de duob⁹ ſubiectis, nā ſi illd ꝑdicatū, qđ vī magis ineē alteri illorū duorū ſubtorū nō īſit, ergo nec illd, qđ min⁹ vī īeē alteri, īerit illi, & è cōtra ſi illud qđ magis vī nō ineē īſit, ergo illud, qđ magis vī ineē, inerit oīno. exēpli gr̄a ſi vacuū vī magis ineē aeri, q̄ terrę, & vt verbo dicā, corporib⁹ raris magis q̄ dēſis, & nō īeſt raris, ergo neq; dēſis inerit: & è cōtra ī cōſtruēdo, ſi denſis īeſt, M ergo & raris īerit. Hęc aūt loca (vt inqt Themiſti⁹) cōſtāt ex ſili & oppoſito, qa hnt ſilitudinē cū ipſo ſubiecto, differūt tñ ſm magis & minus & sūt ꝓbabilia. Auicc. tñ dicit ꝓ pñt eē demſtatiua, qñ primū eorē eſt prius nā. Et ego dico ꝓ ꝑt exiſtimari Ariſt. fuiſſe vſum hoc ī loco ī. 1. lib. de Cœlo & Mūdo, cū dicit: ſi motui circulari ineſt cōtrariū, tunc mot⁹ rect⁹ vī magis eſſe ei cōtrari⁹, q̄ circularis, deinde cū ꝓbet motū rectū nō hēre cōtrariū, ꝓbat ꝓ circularis minus dēt hēre contrariū. ſi

itaq;

ABRAM

G ra recta dignior, vt sit illi cõtraria. Et qñ conueniẽtius in ea fuerit fm veritatẽ ẽ demfatiuus, qñ aũt fuerit fm opinionem est diuulgatus.

Locus. 26 qui ẽ. 38. Locus. 26. est sumptus ab æqualitate, aut fm veritatem, aut fm opinionem, & constituuntur tria loca. quorum vnus est, qñ vnum prædicatum dr̃ de duobus subiectis ęqualiter, & est in vno illorũ, sicq; & alteri inest. V.g. aditus Græcorum in adeptione sciæ fuit, sicut aditus Caldeorũ, & enuntiatio est de Græcis, ꝙ insit, sicq; inest Caldeis. Scd̃us au

H tẽ est, ꝙ subiectũ sit vnũ, de quo dicant̃ duo p̃dicata æqualiter, qa qñ illi inest vnũ illorũ, inest alterũ, & qñ non inest vnũ, non inest alterũ. V.g. dispositio hoĩum in recipiẽdo virtutes morales, est, sicut ipsorũ in adipiscendo virtutes intellectiuas, & insunt eis morales, sicq; ĩsunt eis & intellectiuæ. Tertius aũt est, ꝙ in ueniant̃ duo p̃dicata, q̃ dicantur de duobus subiectis æqualiter, quia si vni illorũ insit illorũ vnũ, alteri inest alterũ, & è cõtra in destruendo. V.g. si dispõ incolarũ calidarũ re-

I gionũ in sciã spiritalium esset sicut dispõ incolarũ regionũ frigidarũ, spiritaliũ sciã ineẽt incolis regionũ calidarũ. Et aliqñ in his locis qui ẽ horũ de magis & minus & ęqualiter ẽ fm ỽitatẽ, & aliqñ fm opinionẽ, & tũc cõueniẽti⁹ ẽ ꝙ sint diuulgati. Vigesimus septimus locus est

Locꝰ. 27. q ẽ. 39. & 40. sumptus ex appositione & subtractione qñ. n. apponitur aliqua res rei, & nomen sui p̃dicati inest huic rei, præter ꝙ fuerit in ea, hoc itaq; prędicatum inest huic subiecto. V. gratia, si opponatur delectabile ipsi aquæ, & ponat ipsam bonam, delectatio

MANTINVS

itaq; id, qđ vr̃ magis ineẽ fuerit verũ, tunc erit locus demfatiuus, ſ3 si fuerit opinabile, tũc erit ꝓbabilis. k

Locus aũt. 26. ẽ sumptus ab ęqualitate, seu ex siſr se hñtib⁹, siue vere, siue fm opinionẽ, & sic cõponunt̃ tria loca. Primus est, cũ vnũ p̃dicatũ dr̃ de duob⁹ subiectis æqualiter: si igit̃ vni eorũ insit, & alteri quoq; inerit, exẽpli gr̃a si Græci eodẽ mõ suscipient iudiciũ, sicut Babilonici, sed ipsum iudiciũ seu ius inest Grę cis, ergo & Babilonicis inerit. Secũ dus est, cũ vnũ subiectũ dr̃ de duobus p̃dicatis ęqualiter, ita vt si ĩsit ei L vnũ eorũ, insit & alterũ, & si nõ insit vnũ, nõ insit & alterũ. exẽpli gr̃a si hoĩes ita recipiunt virtutes morales, sicut suscipiunt speculatiuas, ergo si insint eis virtutes morales, inerunt eis, & contemplatiuę. Tertius est, cũ duo p̃dicata dicuntur de duobus subiectis ęqualiter: nam, si vnũ inest alteri, ergo & alterũ inerit alteri: & è cõtra ĩ destruẽdo. exempli gr̃a, si colentes ciuitates calidas ita obtinẽt sciãs spirituales, sicut colẽtes frigidas obtinẽt sciãs nõ spirituales, ergo si habitantibus ter- M ras frigidas insunt scię nõ spirituales, inerunt vtiq; spirituales habitãtibus calidas. & in his locis qñq; reperit̃ fm magis & minus & æqualiter vere, & qñq; fm opinionẽ, & tũc videntur esse potius probabiles.

Locus aũt. 27. est sumptus ex appositione & demptione, vel detractiõe, vt si apponat̃ aliqđ subtũ alicui rei, qđ qdẽ faciat illius p̃dicatũ inesse illi rei, qđ nõ inerat ei, tũc illud p̃dicatũ inerit illi subiecto. exẽpli gr̃a, si addat̃ delectatio ipsi cibo & faciat ipsum bonũ, ergo delectatio

ABRAM

A ctatio itaq; eſt bona,& ſimiliter qñ apponimus ſubiectum aliquod alicui rei,& illius prædicatum ineſt illi, & illius prædicati nomen magis ineſt, q̃ inerat ante hanc appoſitionẽ, p̃dicatũ itaq; ineſt ſubiecto. V. g. ſi apponamus delectationẽ ipſi cibo, & illum poſuerimus vtiliorem, delectatio itaq; eſt vtilis. Et hic quidem locus non conuertitur in deſtruendo, quia qñ aliqua res apponit alicui rei,& non ponit illam bonam,non infertur,ꝙ appoſitũ non ſit bonũ, qm̃ ſi apponeret aliq̃ res
B alicui rei albæ, & nõ augeret ipſius albedo,nõ ĩferꝛ,ꝙ hęc res ñ ſit alba

Locus. 28 q. 41,& 42.

Locus autẽ vicefimus octauus ſumitur de eo,ꝙ dr̃ cõditionaliter, & capit dici ſimpl'r,& hæc cõditio aut eſt ex parte illius, qđ eſt ſm magis vel minus, aut ſm tẽpus, & horã, & diſpõnem,& locũ, aut ſm aliã conditionẽ:& hic quidem locus eſt ſophiſticus, id.n.qđ eſt nobilius, aut maius tali, nõ oportet ꝙ ſit nobile aut magnũ ſimpliciter. Et ſim'r in eo qđ eſt ex pte loci, qa nõ ſequit, qđ ẽ vtile ĩ quarto climate,ꝙ ſit vti
C le ſimpl'r,nec qđ eſt vtile aliquo tpe ſit vtile ſimpl'r,neq; qđ eſt bonũ ſm aliq̃ cõſuetudinẽ, ſit bonũ ſimpl'r? & hic quidẽ locꝰ nõ cõfert iuuamẽ ĩ deſtruẽdo,qa nõ ſequit,ꝙ id qđ nõ ineſt ſm magis & minus, nõ ſit ſimpl'r,humanitas,n.nõ inẽ hoĩ ſm magis & minus, & inẽ ei ſimpl'r,qñ aũt qs denominaret aliquo attributo, & nõ ſit fallacia ĩ eo p appoſitionẽ & annexionẽ, ille đnomiat ſm hãc rẽ ſimpl'r. Hęc itaq; ſunt oĩa loca, q̃ Ariſt. numerat ĩ cõſtructiõe rei, & illiꝰ deſtructiõe ſimpl'r,q̃ cõtinet ſcdus Liber ſui voluminis ĩ topicis.

MANTINVS

tio eſt bona: pari quoq; rõne ſi ad- D
datur ſubiectũ alicui rei, cui ĩſit ipſum p̃dicatũ, ſed reddat illud p̃dicatũ eius maius in ea re q̃ eſſet ante illã additionẽ,tũc p̃dicatũ ineſt ſubiecto. exẽpli cã, ſi addat delectatio ipſi cibo, & reddat ipſum magis iuuatiuũ, ergo delectatio eſt iuuatiua. Is tñ locus nõ cõuertit ĩ deſtruẽdo,nã ſi apponat aliquid alicui rei, & nõ reddat ipſam magis bonã,nõ ppea ſequit, quin illud appoſitũ ſit bonũ, nã ſi addat aliqd albũ alicui rei albę,& nõ addiderit eius albedinẽ,nõ ſequit ppea qn illa res ſit alba. E

Locus. 28.eſt ſumptus ex eo,qđ dr̃ ſm hypotheſim,& ſubiectionem,i, ſm qd, & ſumat ac ſi eẽt dictũ ſimpl'r, & illa hypotheſis, vel cõdõ inſit rõne magis & minus, vel rõne tẽporis, vel diſpoſitionis, vel loci reliquarũ cõdõnũ: & is locus eſt vtiq; ſophiſticus & deceptorius,nã id,qđ eſt p̃ſtãtius alio aut maius, nõ ſequit ppea vt illud ſit prędſtãs, vel magnũ ſimpl'r ſimiliterq; ratione loci, nã nõ ſequit ſi aliqd eſt iuuatiuũ ĩ quarto clymate, vt ſit iuuatiuũ ſimpl'r, neq; qđ ẽ vtile ĩ aliquo tpe, ſit vtile M
ſimpl'r, neq; qđ eſt bonũ in aliqua cõſuetudine, ſit bonũ ſimpl'r: & is locus nõ cõducit ad deſtruendũ,nã nõ eſt neceſſarium,ſi aliqd nõ ĩſit ſm magis & minus, qn poſſit ineẽ ſimpl'r,nã humanitas nõ ineſt homini ſm magis,& minꝰ,& tñ ineſt ei ſimpl'r: inquit,illud dr̃ eſſe ſimpl'r, qđ cũ deſcribit, vel denominat, nulla indiget additione, vel cõiunctiõe.

Hæc itaq; ſunt oĩa loca,quę Ariſt. numerauit ad conſtruendũ aliqd, ve. deſtruendũ ſimpliciter, quæ in lib. Scdo Topicorũ explicata ſunt.

Ariſtotelis

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De Locis Comparationum, qui accidentibus adſcribuntur: & de pleriſque locis abſolutis accidentis.

De Meliorum, Eligibiliorumq; problematum locis. Cap. 1.

VTrum aũt eligiblius, aut melius duorũ, pluriumue ex his perſpiciendum. Primum autem determinetur quod conſiderationem facimus non de plurium diſtantibus, & magnã adinuicem dr̃iam habẽtibus (nullus enim dubitat, vtrum felicitas, an diuitiæ expetibiliores) ſed de ñs quæ propinqua ſunt, & de quibus dubitamus, vtrum oporteat apponere magis, eo q̃ nullam videmus alterius ad alterum præeminentiam? Manifeſtum igitur in his q̃ oſtenſa vna præeminentia, vel pluribus, conſtituetur intelligentia, q̃ id eligibilius eſt, quod eorum eſt præeminens. Primum igitur quod diuturnius ſtabiliusue, eligibilius eo quod minus huiuſmodi. Et quod magis eligit prudens, vel bonus vir, vel lex recta, vel ſtudioſi circa ſingula delecti quatenus tales ſunt, vel in vnoquoq; genere periti, vel quęcũq; plures, vel omnes, vt in medicina vel ædificatoria, quę plures medicorum vel omnes vel q̃cunq; omnino plures, vel omnes, vel omnia, vt bonum: omnia.n. bonum appetunt. Oportet autem ducere ad id q̃d fuerit vtile, q̃d dicendum eſt. Eſt autem ſimpliciter quidem melius, ac eligibilius, quod ſm meliorem diſciplinam: alicui autem, quod ſm ꝓpriam. Deinde q̃d idipſum quod eſt (eo q̃d non) in genere eſt: vt iuſtitia iuſto. Nam illa quidem in genere bono, hoc autẽ non, & illa idipſum quod eſt. bonum eſt, hoc aũt non. nam mihi dicit idipſum quod genus eſt, q̃d non eſt in genere. Vt albus homo nõ eſt id q̃d color. ſimiliter autem & in alĩs. Et quod ꝓp ſe eligendum, eo eligendo quod ꝓp aliud eligibilius. Vt ſanum eſſe q̃ exercitari: illud.n. propter ſe eligendum, hoc autem ꝓp aliud. Et quod per ſe, eo q̃d per accidens. Vt amicos iuſtos eſſe, eo q̃ inimicos: illud.n. per ſe eligendum, hoc autem p accidẽs eligimus. Nã inimicos iuſtos eſſe ſm accidens eligimus, vt nihil nobis noceãt. Eſt autem hoc idẽ ei q̃d ante hoc, differt aũt modo: nam amicos quidẽ iuſtos eſſe, ꝓp ſe eligimus, et ſi nihil nobis debeat fore, quãuis apud Indos ſint: inimicos aũt ꝓp alterum, vt nihil nobis noceant.

H

Prim⁹ locus.

2. locus.

3. Locus.

I

Quart⁹ locus. Declaratio.

5. locus. Declaratio.

6. locus. Declaratio.

ceant, Et qđ causa boni per se, eo q̃ per accidens causa. Quemadmodum virtus, fortuna, nam illa quidem per se, hæc autem per accidens est causa bonorum, & si quid aliud hmõi. Similiter autem & in contrario. Nam quod per se est causa mali, fugibilius est eo quod per accidens, vt vitium q̃ fortuna: nam illud quidẽ per se malum, fortuna autẽ per accidens. Et quod simpliciter bonum. eo quod alicui eligibilius. vt sanum fieri, q̃ incidi. nã hoc quidem simpliciter bonum, illud autem alicui indigentium incisione: & quod natura est, eo quod non natura. vt iustitia, iusto; illud. n. natura, hoc autem acquisitiuum. Et quod meliori, et honorabiliori inest, eligibilius: vt Deo, q̃ homini: animæ, q̃ corpori. Et quod melioris proprium, melius q̃ quod peioris. Vt quod Dei, q̃ quod hominis: nam secundum communia vtriusq; nihil differunt abinuicem, proprijs autem alterum alteri differentijs supereminet. Et quod in melioribus, vel prioribus, vel honorabilioribus, est melius. Vt sanitas robore, & pulchritudine: nã illa quidem in humidis, & siccis, & (vt simpliciter dicatur) ex quibus prius constitutum est animal, hæc vero in posterioribus: nã robur in neruis, & ossibus: pulchritudo autem membrorũ quędam commensuratio videtur esse. Et finis ijs quæ sunt ad finem eligibilior videtur esse. Et duorum, quod propinquius est fini. Et omnino quod ad vitæ finem, expetibilius, q̃ quod ad aliud aliquid: vt quod ad felicitatem contendit, q̃ quod ad prudentiam: nam quod ad felicitatem contendit: eligibilius. Et posibile impossibili. Amplius, cùm duo sint effectiua, cuius finis melior, et ipsum melius. Cùm autem sit effectiuum, & finis: ex proportione, quando pluri superat finis finem, q̃ ille proprium effectiuũ. Vt felicitas pluri superat sanitatem, q̃ sanitas salubre. quare effectiuum felicitatis melius sanitate: nam quantum felicitas superat sanitatem, tantũ et effectiuum felicitatis, salubre superat. sanitas autem salubre minus superabat; quare plus superat effectiuum felicitatis salubre, quàm sanitas salubre: quapropter effectiuum felicitatis melius sanitate: manifestum igitur, quòd eligibilius effectiuum felicitatis, quàm sanitas: nam idem plus superat. Amplius, melius est quod propter se, & honorabilius, & laudabilius. Vt amicitia diuitijs, & iustitia sanitate, & robore: nam illa quidem propter se honorabilium, hæc vero non propter se, sed propter aliud: nullus enim honorat diuitias propter se, sed propter aliud: amicitiam vero propter se, & si nihil nobis debeat aliud ab ea esse.

A
7. Locus. Declaratio.
8. Locus. Declaratio.
9. Locus. Declaratio.
10. Declaratio.
11. Declarano.
B
12. declaratio.
13. Locus.
14. Locus.
15. Locus.
16. Locu..
17. Locus. Declaratio.
18. Locus.
19. Declaratio.
C
20. Locus Declaratio.

Sermo

Sermo de Locis quæſitorum ipſarum comparationum, quæ narrantur in Tertio ſui voluminis. *Cap.* 1.

ABRAM

ET dicimus, ꝙ hæ comparationes vſt ſunt triũ ſpecierum, aut ꝙ comparetur vnũ prædicatũ duobus ſubiectis, hoc eſt, cui illorũ magis ineſt ipſum prædicatum. v. g. quod eſt eligibilius? pulchrũ, aut vtile? & quę ſuauior vita ſit, q̃ virtute fungitur, aut illa quę voluptatibus? Et hæc ſpecies comparationũ eſt, quæ magis venit in vſu, & illa eſt, quã intendit Ariſt. & loca tradita in hoc libro ſunt ſm hanc ſpeciem: qñ. n. euenerint nobis loca, quibus acqrit hæc ſpecies cõparatiõis, adſunt nobis loca, quibus acquirũtur duæ aliæ ſpecies: vna duarũ ſpecierum eſt comparatio duorũ prędicatorum vni ſubiecto. V. g. ſi pinguis ſit vtilis, & delectabilis, quid ei magis inſit vtile, aut delectabile: ſecunda aũt ſpecies é cõparatio duorum prędicatorũ duobus ſubiectis. V. g. ſi humanitas facit acquirere pacẽ, & regũ familiaritas facit acquirere mortẽ, quid magis ſit pax per humanitatem, aut mors per regũ familiaritatẽ? Hę itaq; ſpecies ſunt quæſitorũ ſm ipſarũ cõpatationẽ. Subiecta vero horum quæſitorum illi expoſitores, quorum tractatus ad nos venerunt, dicunt, ꝙ ſunt in accidenti: quia accidens eſt, quod recipit magis & minus, & intendunt per accidens hic, non accidens definitum in primo libro huius voluminis, ſed accidens definitum in principio libri Prędicamentorum,

MANTINVS

DIcamus, ꝙ generatim harũ cõparationũ genera ſunt tria: primũ é, cũ cõparat vnũ ꝑdicatum duobus ſubiectis, videlicet cui nã eorũ magis inſit ꝑdicatũ. exẽpli gra, vtrũ delectabile ſit eligibilius ipſo vtili, & qd ſit delectabilius, an vita q̃ in virtute cõſiſtit, vel vita, q̃ ĩ voluptatibus cõſiſtit, vel exercetur. Et hoc genus comparationis venit plus in vſum: & de hoc conſiderat Ariſt. loca aũt, q̃ in hoc libro tradũtur, ſunt hui⁹ generis, qm̃ cũ habuerimus ea loca, ex q̃bus adipiſcimur hoc genus cõparationis, facile poterimus inuenire ea loca, ex q̃bus adipiſcimur illa alia duo genera. Primũ itaq; genus reliquorũ illorum duorũ generũ eſt, cũ comparantur duo prædicata vni ſubiecto. exẽpli cã ſi gaudiũ eſt delectabile, & vtile, qd nã horũ magis ineſt ei, vtrum: ſ. vtile, vel delectabili? Scd̃m genus ẽ, cũ cõparant duo ꝑdicata duob⁹ ſubiectis exempli gra, ſi manſuetudine acquirit pax, & cõuerſatione regũ acquirit mors, qd̃ nã iſtorum magis ineſt, vtrũ ſ. pax manſuetudini, vel mors cõuerſationi regum? hæc itaq; ſunt genera ꝓblematũ cõparationis. ſubiecta vero horũ ꝓblematum, vt dicunt oẽs expoſitores, quos vidimus, ſunt ea, q̃ reperiunt in ipſo accidente, qm̃ accidẽs ſuſcipit magis & min⁹: & intelligũt hic ꝑ accidens, non illud accidens, qd̃ fuit definitum in. 1. lib. huius operis, ſed illud accidens, qd̃ in principio libri prædicamentorũ definitũ fuit,

ABRAM

A torum, & eſt qđ eſt in ſubiecto, nõ deſubiecto. Hoc aũt ſic exiſtẽte, cõparationes itaq; queſita ſunt de accidenti prius definito, & de ꝓprio, & genere & definitione, qñ definitũ non fuerit ꝑdicamẽti ſubſtãtiæ.

Verumtñ Abumazar Alpharabius opinatur, ꝙ hæc cõparationis ſpecies ſit in prædicamento ſubſtãtiç, & argumentatur ad hoc, ex eo ꝙ facit Ariſt. in lib. Prędicamentorum in cõparando indiuidua ſubſtantiæ ad ſuas ſpecies, quæ illorum digniora ſint eſſe ſubſtantiã: & ſic

B eſt comparatio materię ad formã: & ſm hoc comparationum queſita ſunt quinq; queſita, quorũ ſumma ſunt eſſe ſimplr, & q̃ſitum accidentis, & queſitum proprij, & quæſitũ generis, & quæſitum definitionis: & ſm hoc verificarur dici de illis q̃ſita comparationũ ſimpliciter, prout dictum eſt de quæſitis conſtruẽdi & deſtruendi, ꝙ ſint q̃ſita cõparationũ ſimpliciter, niſi ꝙ hæ cõparatiões magis inueniunt in accidẽti definito in. 1. lib. huius voluminis. Et ideo inuenimus Ariſto. ꝙ

C numerauerit quæſita comparationũ in quæſitis accidentis. Fortaſſe autem ipſe fecit hoc, quia ꝑ ſcĩam multorum horum locorũ eueniũt loca comparationum ſimpliciter, ſicut ꝑ ſcĩam locorũ accidentis euenit ſcĩa queſitorum ſimpliciter, quibus queritur eſſe, aut non eſſe tm̃. Et horũ queſitorum, quę dicuntur in comparationibus, quędam ſunt, quæ quærunt in rebus naturalibus & diuinis, & quędã ſunt, q̃ quęruntur in rebus arbitrarijs, & hæc ſunt q̃ magis vſitant in hoc genere. Et loca, q̃ hic numerantur, quędã ſunt quæ

MANTINVS

fuit, & eſt illud, qđ dr̃ eſſe in ſubto, D non de ſubto. Si igitur ꝓblemata cõparationis reperiunt in ipſo accidente definito prius & in ipſo proprio, ac genere, atq; definitione: cũ ipſum definitũ non fuerit ex prędicamento ſubſtantię. Alpharabius tñ dicit problemata cõparatiua poſſe reperiri in prædicamento ſubſtãtiæ, qđ probat eo, quia Ariſt. in libro Prædicamentorum comparat indiuidua ſubſtãtię ſuis ſpeciebus, ſ. qđ nam eorum debeat eſſe magis ſubſtantia: ſimiliterq; cõparat materiam ad formã: & ſic problema- E ta cõparatiua repient in ipſis quinque q̃ſitis, videlicet in problemate de ineſſe ſimplr & problemate accidentis, & problemate generis, & ꝓprij, atq; definitiõis: ſiꝫrq; vere dicent problemata cõparationis abſolute, & ſimplr, quẽadmodũ & problemata conſtructionis & deſtructiõis dicunt ꝓblemata abſoluta, ſeu ſimplr. Verũtñ huiuſcemodi comparationes magis reperiunt in ipſo accidente, qđ in. 1. lib. huius operis definitũ fuit. Et ideo videmus Ariſt. nu- F meraſſe problemata cõparatiua inter problemata accidẽtis: & fortaſſe ipſe quoq; ideo ita fecit, qa ex ſcĩa multorũ horum locorũ habent loca cõparatiua abſoluta, de q bus videlicet quæritur eſſe, vel nõ eẽ tm̃. Horũ aũt locorũ, quę dicuntur ſm comparationẽ, quędam queruntur in rebus naturalibus, & diuinis, quędam vero in rebus voluntarijs, & q̃ ſunt huius generis magis in vſum veniunt. Locorũ vero, quę hic numerant, quędã ſunt cõia cunctis rebus tũ naturalibus, tũ volũtarijs, q̃dã vero ſunt ꝓpria ipſis eligibilib⁹

Log. cũ cõ. Auer. G rebus,

ABRAM

G quæ ambiunt omnes ſpecies comparationum ſecundum quòd eſſe fuerint, an ſecundum modum nobilitatis & virtutis, aut ex parte vitij, & quæ ſpecies eſſendi facit eſſe comparationem.

Et expedit te ſcire, ꝙ hoc q̃ſitum non q̃rit̃ de rebus nimis remotis, ꝑ ut eſt oꝝ dicentis, q̃ res ſit ꝑeligenda beatitudo, aut diuitiæ: ſed qõ fit de rebus propinquis, de quibus euenit nobis ambiguitas, q̃ illarum ſit nobilior, & vt vſr inquam, diſpoſitio huius ſpeciei qõnis eſt, ſicut diſpoſitio reliquorũ q̃ſitorũ, & ſicut

H nos non q̃rim⁹ vtrũ hoc inſit huic, aut non inſit, qñ hoc fuerit ꝑ ſe notum, & non quærimus hic an tale ſit nobilius tali, quãdo exceſſus fuerit ſecundum ſe notus. Expedit autem quòd circa hæc loca procures tres res, quarum vna eſt quis illorum ſit proprior ipſis eligibilibus, & quis includatur in omni eo, quod dicitur de comparationibus: ſecunda autem eſt, quis illorũ ſumatur ex rei eſſentia, & quis ſumatur à rebus, quæ ſunt deforis, aut ex rebus medijs inter has duas: & tertia eſt, quis illorum coaptatur, vt fiat

I in demonſtratione, & quis illorum non.

Themiſtius aũt dicit, ꝙ accidit his ꝓmiſſis, ꝙ ipſarũ diſtinctio ſit difficilis ob ipſarũ conſimilitudinem, & modicam diuulgationẽ dr̃iæ, q̃ eſt inter illas. Horũ itaq; locorum initiũ, ex quibus incœpit Ariſ. ẽ ꝙ id, qđ fuerit diuturnius, aut firmius ſit eligibilius, q̃ id qđ fuerit breuioris tpis, & min⁹ firmũ: & ambo hæc loca ſunt cõia oĩbus quæſitis, q̃ procedũt ſm modum comparationum.

Et

MANTINVS

rebus, quædã vero alia ſunt cõia cũ K ctis gñibus cõparationis quocunq; fuerit mõ, ſ. vel rõne prioritatis, vel rõne ꝓſtãtiæ, & rõne † dignitatis, vꝑ † a.l. virtutis mora rõne imꝑfectionis, ſeu ignobilitatis lis. vel q̃uis alia rõne comparationis.

Scire autem debes, ꝙ non q̃ritur hmõi q̃ſitum in rebus valde diſceptantibus, vt ſi dicatur quid eſt eligibilius, an fœlicitas, an diuitiæ: ſed hmõi interrogatio ſit in reb⁹ affinibus, de quibus dubitatur, q̃nã ipſarũ ſit præſtãtior, & (vt verbo dicã) ita res ſe hẽt in hoc gñe in quiſitionis, ſicut ſe hẽt in reliquis quæſitis: L nã quemadmodũ nos non q̃rimus vtrũ hoc inſit huic, vel non inſit, cũ illud fuerit de ſe notum, ita ſi aliq̃d fuerit nobilius aliquo, cũ illa nobilitas, q̃ inter ipſa exiſtit, fuerit de ſe nota. Tria ꝓterea cõſyderanda ſunt circa hæc loca: primũ eſt, quid nam eorum dicat̃ eligibilius, & quid eorum dicatur vl̃e, ſeu cõe cunctis rebus, quæ ſm comparationem dicũtur: ſecundum eſt, quid illorũ ſumatur ex eſſentia rerum, & quid ex rebus exterioribus ſit ſumptum, aut ex rebus medijs inter hæc duo: tertium vero eſt, quod nã eorum eſt M idoneum, vt ex eo fiat demonſtratio, & quod non.

Themiſtius aũt dicit, ꝙ iõ cõtigit, vt hęc loca difficile diuidant̃, qa ſunt ĩter ſe ſiñia, parũq; inter ſe diſcrepare vñr. Ari. aũt ſumpſit initiũ horũ locorũ ab eo, qđ ẽ tpe diuturni⁹, autqđ fuerit firmi⁹, ſtabiliusq;: nẽpe, vt diuturnius ſit eligibili⁹ eo, qđ ẽ minus dturnũ, & ſtabilius eo qđ ẽ m in⁹ ſtabile, & firmũ: hæc aũt duo loca amplectunt̃ oĩa ꝓbl̃ata, q̃ ſm comparationem procedunt.

Primum

ABRAM

A Exprimus quidem ſumitur ab eo
Locus. 1. quod differt, & eſt ſecundum mo-
dum temporis. Et ſecundus ſumi-
Locus. 2. tur ex rei eſſentia, & eſt conſtructio,
& eſt diuulgatus: aquila enim non
eſt eligibilior homine, & ſi diuturnior
ſit q̄ ille, vt diceretur, ſi hoc ve-
rificaretur.

Loc⁹. 3. q̄ Tertius autem locus eſt quod eli
ſt. 2. i Arist. git, & eſtimat vir nobilis, aut lex, aut
ſapiens, aut quod eligunt plures ho-
mines, & magis artificioſi, aut quod
omnes eligũt, omnesq; illud cupiũt
eſt nobilius: & hic locus ſumitur ex
rebus, quæ deforis ſunt, ex quo eſt
B ſumptus à teſtimonio, qui eſt diuul
gatus vniuerſalis.

Locus. 4. qui ē ter- Quartus autem locus eſt, ꝙ illud,
tius i Ari. quod eſt nobilius ſecundum ſcien-
tiam, ſit nobilius & eligibilius, ſicut
quod ineſt ipſi Deo excelſo, eligibi-
lius eſt, q̄ illud quod ineſt ipſi homi
ni: & ſimiliter quod proprium fue-
rit alicui nobiliori, eſt nobilius, &
id quod eſt rerum nobiliorum &
priorum eſt nobilius & prius, ſicut
ſalus eſt pulchritudine nobilior, qa
ſalus eſt membrorum, quæ ſunt no
biliora. Et ille eſt communis omni-
C bus quæſtionibus comparationum,
& ille ſumitur à rebus eſſentialibus,
quia non ſumitur à rebus, quæ defo
ris ſunt, neque ab ipſis rebus, & ſunt
vulgaria: & licet loca ſint multa, vis
tamen illorum eſt vis vnius loci.

Locus. 5. qui eſt 4. in Ariſt. Quintus autem locus eſt, ꝙ quic
quid ſubintrat genus nobile, ſecun-
dū ꝙ ſumitur in hoc genere, & ſub-
eſt

MARTINVS

Primum quidem eſt ſumptum à D
re extrinſeca, videlicet à temporis
diuturnitate. Secundum vero ab eſ
ſentia rei: nempe ab ipſa firmitudi-
ne & eſt vtiq; locus probabilis, qm̄
aquila non eſt eligibilior homine, licet
diuti⁹ viuat eo, vt ferē, ſi id verū ſit.

Tertius locus eſt ſumptus ab eo,
quod magis eligit vir ſtudioſus, vel
ipſa lex, vel ipſe ſapiens, aut qđ plu-
res hoīes eligunt, & p̄ſertim periti ī
aliqua arte, aut quod oēs eligunt, &
quod oēs appetũt, illud quidem eſt
præſtantius. Is aũt locus eſt ſumpt⁹
à rebus exterioribus, cum ſumatur
ab ipſo teſtimonio: & eſt vtiq; pro- E
babilis vniuerſalis.

Quartus locus eſt ſumpt⁹ ab eo,
quod eſt præſtantius, nam id, quod
eſt ſm̄ diſciplinam præſtantiorem,
eſt vtiq; præſtantius, vt eſt ſcientia
Diuina: & ſic id, quod ineſt alicui rei
præſtantiori, eſt vtiq; præſtantius,
atq; eligibilius, vt id, qđ ineſt Deo,
eſt vtiq; præſtantius, eo quod ineſt
hoī: ſimiliterq; id, quod eſt p̄priū
alicui rei præſtantiori, eſt vtiq; præ
ſtantius. Id quoq;, quod eſt ex reb⁹
præſtantioribus & prioribus, ſeu p̄-
cedentibus, eſt vtiq; præſtantius, ac
p̄cedentius. vt ſanitas, q̄ eſt præſtā F
tior pulchritudine, quia ſanitas con
ſiſtit in membris præſtantioribus:
& amplectitur omnia problemata
comparationis & eſt ſumptus à re-
bus medijs, qm̄ non eſt ſumptus à
rebus exterioribus, neq; ab ipſiſmet
rebus: & ſunt res probabiles. & licet
horum loca ſint plura tamē habent
vim vnius loci.

Quint⁹ locus eſt, ꝙ quicquid exi
ſtit ſub genere eligibili, eo quia eſt
ſumpū ex illo genere, eſt vtiq; eligi

ABRAM

G est ei, illud est nobilius q̃ id, qđ non est pars huius generis. gr̃a exempli, quia æquitas ex quo est pars virtutum, & species quędam illarum specierum, & nobilior q̃ equus, qui sumitur ab ipsis rebus, & continet species cõparationũ: & est locus, qui estimatur esse verus, qñ sumit̃ prędicatum de subiecto in eo qđ quid est, prout caperetur equũ, inquantũ equũ est, nõ inquantũ ē alia res.

Locꝰ. 6. q̃ ē. 5. &. 6. 10. &. 9. Arist.

Sextus autem locus est, quia qđ ob seipsum eligit̃, eligibilius est, q̃ ꝙ eligitur propter aliud. vt salus eli

H gibilior est commotione, quia cõmotio eligitur ob aliud, salus autē propter seipsam. Et eligibile per se est eligibilius q̃ eligibile per accns, vt amicos esse iustos eligibilius est, q̃ inimicos ee iustos, amicis. n. hoc eligitur p se. Et ideo ait Arist. ꝙ hæc res sit eligibilis, & si eent apud Indos, inimicos vero eligimus esse iustos, ne ab illis nobis eueniat dãnũ, & ideo si esset tẽpore quo non eueniret nobis ab illis dãnũ, nõ eligeremus hoc. Et qđ est nãliter eligibile, ē eligibili illo, qđ nõ ē nãliter,

I prout æquitas est eligibilior equo, quia æquitas est naturaliter vtilis, iustus vero fm habitum. Et qđ est eligibile simpliciter, est eligibilius, q̃ id quod est eligibile apud aliquẽ hominem, aut aliquo tempore, aut secundum aliquam dispositionem, aut aliquod accidens: cibus enim eligitur simpliciter, medicina autem est aliquo tempore eligibilis: omnium autem horum locorum vis est vna Themistius autem dicit, ꝙ sumautur ab ipsamet re, & sunt propria comparationibus.

Septimus

MANTINVS

bilius eo, qđ non est pars illius ge- K
neris. exẽpli gratia, cũ ipsa iustitia sit pars virtutum, & vna ex earum speciebus erit vtiq; eligibilior ipso iusto. Et est locus sumptus ab ipsis rebus, & est cõis omnibus speciebus comparationis: & est locus, qui videtur esse verus, cùm prædicatum dicitur de subiecto in eo qđ quid: vt cùm iustus sumitur quatenus est iustus, non quatenus est alia res.

Sextus autem locus est, vt id, qđ est eligibile pp se, sit eligibilius eo, quod est eligendum pp aliud. vt sanitas, quæ eligibilior est ipsa exer- L
citatione, cũ exercitatio sit eligibilior pp aliud, sanitas vero propter se. Id preterea, quod est eligendum per se, est eligibilius eo qđ est eligibile per accidens: vt amicos esse iustos eligibilius est, q̃ inimicos esse iustos, qm̃ hoc est eligibile p se in amicis. Et ideo dicit Arist. hoc esse eligendũ in ipsis etiam, si apud Indos sint. sed eligimus inimicos esse iustos, ne noceant nobis: & ideo si eent in aliquo tẽpore, in quo nihil possent nocere, tunc non esset hoc eligendũ. Id iterũ, quod est natu- M
ra eligendũ, est vtiq; eligibilius eo, quod non est natura eligendum, vt iustitia, quę quidẽ eligibilior est ipso iusto, eo quia iustitia iuuat natura, iustus vero habitu. Id quoq;, qđ simpliciter est eligibile, eligibilius quidem est eo, qđ est eligibile alicui homini, aut in aliquo tempore, vel ĩ aliqua dispõne, aut ĩ aliquo loco: nã cibꝰ ē eligibiliꝰ simplr, medicamẽ ꝙ ē ĩ aliquo tpe eligẽdũ. Vis aũt horũ locorũ eadẽ est. Themist. tũ dicit, ꝙ sunt loca sumpta ab ipsa re, & sunt ꝓpria rebus eligibilibus.

Septimus

ABRAM

A Septimus autem locus eſt, quod
Locus .7. qui é. 7. &. 8. eſt cauſa boni per ſe eligibilius eſt illo, quod eſt cauſa boni per accidẽs ſicut virtus eligibilior eſt quàm bo na fortuna, hæc enim eſt cauſa beatitudinis per ſe, & hæc per accidens. Et ſimiliter eſt diſpoſitio no xij, illud enim, quod eſt cauſa dam ni per ſe, magis eſt fugiendum, q̃ illud quod eſt cauſa per accidens.

Locus. 8. qui é. 14. 15. &. 16. Octauus locus eſt, ꝙ finis eligibilior ſit his quæ adminiculantur deſiderio finis. Et ſi fuerint duæ res, quarum ſit deſiderium vt conducant ad finem, illi proprior eſt
B eligibilior. Et quæ cõducit ad præeligendam rem eſt eligibilior, verbi gratia quia quod iuuat ad fœlicitatem eligibilius eſt, quàm quod iuuat ad prudẽtiam, & eligibilius eſt quod conducit ad vitam, quàm quod cõducit ad pulchritudinem: & hic quidem locus eſt communis omnibus comparationum ſpẽbus,

Locus. 9. 9 eſt 17. Nonus autem locus eſt, ꝙ poſſibile ſit eligibilius impoſſibili, & eſt electionibus proprius, verbi gratia, quia ars Medica eligibilior eſt
C arte Alchimiæ.

Loc⁹. 10. 9 eſt 18. Decimus locus eſt, quando duæ res fuerint effectiuæ, cuius finis eſt nobilior, eſt eligibilior. v.g. exercitiũ efficit ſanitatẽ, & diſciplina efficit ſcientiam, ſicq; diſciplina nobilior eſt quàm exercitium: & ille eſt communis.

Locus. 11. qui eſt. 19 Vndecimus autem locus eſt ex comparatione duorum efficientium ad duos ipſorum fines, quia ſi exceſſus finis ad finem ſit maior exceſſu illius ad ſuum efficiens, ſic efficiens

MANTINVS

Septimus locus eſt, vt id, quod eſt D
cauſa boni per ſe, eligibilius ſit eo, quod eſt eius cauſa per accidens, vt virtus, quæ quidem eligibilior eſt ipſa fortuna, quia illa eſt cauſa felicitatis per ſe, hæc vero per accidẽs. Parq; eſt ratio de ipſo nocumento, nam id, quod eſt cauſa mali per ſe, fugibilius eſt eo, quod eſt eius cau ſa per accidens.

Octauus locus eſt, ꝙ id, quod eſt finis, eligibilius eſt eo quod excitat deſideriũ ad finem. Et ſi ſint duo, quę deſiderantur vt deducant ad finem, id profecto quod eſt propin- E.
quius fini, eſt eligibilius. Id autem quod ducit ad rem eligibiliorẽ, eſt vtiq; eligibilius. exempli gratia, id quod confert ad fœlicitatem eligibilius eſt eo, quod confert ad virtutem, & id quod ducit ad cibum, ſeu victum, vtilius eſt eo, quod ducit ad pulchritudinem: & hic locus eſt communis cunctis generibus comparationis.

Locus nonus eſt, vt quod poſſibile eſt, eligibilius eſt eo quod non eſt poſſibile: & is locus eſt proprius ipſis rebus eligibilibus, exempli F
gratia ars Medica eligibilior eſt arte fuſoria, quam Alchimiã vocant.

Decimus locus eſt, cũ ſunt duæ res effectiuę, illa cuius finis eſt præſtantior, eſt vtiq; & ipſa eligibilior. exẽpli gra exercitatio efficit ſanitatem, diſciplina vero ſcĩam: ergo diſciplina, ſeu diſcete, præſtantior eſt ipſo exercitio: & eſt loc⁹ cõmunis.

Vndecimus locus eſt ſumptus ex comparatione duorum effectiuorum ad duos fines: nam, ſi vnus finis ſuperet alium finem, pluſquàm ſuperat ſuum effectiuum, ſeu agẽs,

ABRAM

G efficiens excellentiorem finē eſt eligibilior fine,quē alter excedit.v.gr. ſi maior ē exceſſus beatitudinis ad ſanitatem, q̄ ſit exceſſus ſanitatis ad ipſam agens,ſic & efficiens beatitudinem eligibilior eſt ſanitate: hoc autem fit,quia proportio efficientis beatitudinem ad beatitudinem eſt proportio agentis ſanitatem ad ſanitatem,& exceſſus beatitudinis ad ſanitatem fuit maior exceſſu ſanitatis ad ſuum efficiens, & exceſſus ſanitatis ad ipſam efficiens, eſt ſicut exceſſus beatitudinis ad ſuum efficiens, ſicq; exceſſus beatitudinis ad ſanita
H tem eſt maior illius exceſſu ad ipsā efficiens, & quando hoc fuerit efficiens beatitudinem, præſtantior eſt ſanitate. Quando enim vna res proportionatur duabus rebus diuerſa proportione,illa,ad quam proportio eſt minor,ipſa eſt maior.&hic q dem locus communis eſt omnibus quæſtionibus comparationum.

MANTINVS

tunc agens illius finis melioris eligi K
bilius erit,q̄ finis ille, qui ſuperatur ab alio fine.exempli gratia, ſi felicitas ſuperat ſanitatem pluſquā ſuperat ſanitas ſuum effectiuum,ergo effectiuum ſelicitatis erit magis eligē dum , q̄ ipſa ſanitas : qm̄ proportio ipſius efficientis ſelicitatē ad ipſam fœlicitatem,eſt proportio ipſius effectiui ſanitatis ad ipſam ſanitatem, ſed ſelicitas plus exuperat ſanitatem q̄ exuperet ſanitas ſuum efficiens,& ſanitas ita exuperat ſuum effectiuū ſicut ſuperat ſelicitas ſuū effectiuū: ergo plus ſuperabit ſelicitas ſanitatem,q̄ ſuperet ſuum agens:& ſic effe L
ctiuum ſelicitatis erit præſtātius ipſa ſanitate,quia qm̄ vna res comparatur duabus per commutatā ꝓportionem,tunc illa res, ad quā minor eſt ꝓportio,ſeu cōparatio,erit maior q̄ illa ad quam eſt maior ꝓportio. Et is locus eſt communis cūctis quæſitis comparatiuorum.

Alij eiuſdem problematis loci. Cap. 2.

21. locus. Declaratio. I AMplius,qm̄ duo aliqua fuerint valde ſibimetipſis ſimilia, & non poterimus prꝫeminentiam aliquam conſpicere alteri⁹ ad alterum, videndum ex ñs quæ ſequuntur. Nam cum cō-

22. locus. Declatio. ſequens eſt maius bonum,hoc eligibilius,ſi autem ſint conſequen M
tia mala,cui conſequens minus malum,hoc eligibilius. Nam,cùm vtraq; ſint eligenda,nihil prohibet moleſtum aliquid ſequi: dupliciter autem ab eo quod ſequitur conſideratio,nam & prius,& poſterius ſequitur:vt addiſcentem ignorare prius,ſcire aūt poſteri⁹:

23. locus. melius aūt vtpl'm, quod poſterius ſequitur: ſumendū igit' eorum q̄ ſequunt' quodcunq; fuerit vtile. Amplius, plura bona pauciori-bus,vel ſimpl'r,vel qm̄ altera alteris inſunt,vt pauciora in plurib⁹. Inſtantia,ſi alicubi,alterum alterius gratia:nihil enim eligibiliora vtraq; q̄; vnū:vt ſanū fieri,& ſanitas , q̄; ſanitas , eo q̄ ſanum fieri ꝓp ſanitatem eligimus.Et non bona,bonis nihil prohibet eligibiliora eſſe,vt ſelicitatem:& aliud aliquid quod nō eſt bonū,iuſtitia

&

A & fortitudine. Et eadem cum voluptate magis, q̃ ſine voluptate: & eadem cum indolentia, q̃ cum triſtitia. Et vnũquodq; in quo tempore magis valet, in hoc etiam eligibilius. Vt carentia triſtitię in ſenectute magis, q̃ in iuuentute: magis enim in ſenectute valet. Secundum hæc autem, & prudentia in ſenectute eligibilior: nemo enim iuuenes eligit duces, eo quòd non conſtat eos prudentes eſſe. Fortitudo autem è contrario: in iuuentute enim magis neceſſaria ſecundum fortitudinem operatio: ſimiliter autem & in temperantia, magis enim iuuenes q̃ ſenes concupiſcentijs moleſtantur. Et quod in omni tempore, vel in pluribus vtilius. Vt iuſtitia, & temperantia, fortitudine: nam illę ſemper, hæc autem aliquando vtilis. Et quod, cum omnes haberemus, nihil altero indigeremus, quàm quòd cùm haberemus, indigeremus reliquo. Vt in iuſtitia & fortitudine: nã ſi omnes eſſent iuſti, nihil vtilis fortitudo,

B ſi vero omnes eſſent fortes, vtilis iuſtitia. Amplius ex corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & ſumptionibus, & contrarijs. Quorum enim corruptiones malæ, ipſa eligibiliora: ſimiliter autem & in abiectionibus, & in contrarijs: nam ſi abiectio, vel contrarium fugibilius eſt, ipſum eligibilius: in generationibus autem, & ſumptionibus ê contrario. Quorum enim ſumptiones, & generationes eligibiliores, ipſa quoque eligibiliora. Alius autem locus eſt. Quod propinquius bono, melius, atque eligibilius. Et quod ſimilius eſt bono, vt iuſtitia, iuſto. Et quod meliori eorum eſt ſimilius, quemadmodum Aiacem Vlyſſe dicunt aliqui meliorem eſſe, eo q̃ ſimilior eſt Achilli. Inſtantia huius eſt, quòd non verum ſit: nihil enim prohibet non qua ratione optimus eſt Achilles, eadem ſimiliorem eſſe Aiacem, cum erit alter quidem bonus, non ſimiliter autem. Conſiderandum autem ſi & in ridiculoſioribus ſit ſimile: vt Simia homini q̃ equo, cum non ſit ſimilis: non

C enim eſt Simia melior, ſimilior tamen eſt homini. Rurſum in duobus: ſi hoc quidem meliori, illud autem peiori eſt ſimilius, erit melius quod meliori eſt ſimilius. Habet autem & hoc inſtantiam: nihil enim prohibet hoc quidem meliori parum ſimile eſſe, illud autem peiori valde: vt ſit Aiax quidem Achilli parum, Vlyſſes autem Neſtori valde: vt ſi hoc quidem meliori in peioribus: illud autem peiori in melioribus: vt equus, aſino, & ſimia hoĩ. Et q̃d maxime inſigne, eo quod minus tale. Et quod difficilius: magis enim amamus, cùm habemus, quod non eſt facile adipiſci. Et quod magis proprium, eo quod communius. Et quod malis incõmuni⁹: nam magis eligendũ quod nulla moleſtia ſequitur, q̃ quod ſequit. Amplius, ſi hoc illo melius, & omnino optimũ eorũ, quæ in hoc

24. locus
25. locus.
26. locus.
Declatio.
27. Locus.
Declatio.
28. locus.
Declatio.
29. locus.
Declatio.
30. locus.
Declatio.
31. locus.
Declatio.
32. locus.
Declatio.
33. locus.
34. locus.
35. locus.
36. locus.
37. locus.

melius eo quod in altero optimū. Vt ſi melior eſt homo q̄ equus, & optimus homo optimo equo melior. Et ſi optimum optimo melius, & ſimpliciter hoc illo melius: vt ſi optimus homo optimo equo melior, & ſimpliciter homo, ſimpliciter equo melior. Amplius, ea quæ volumus amicos participare, eligibiliora, quã quæ non. Et quæ ad amicum agere malumus, q̄ quæ ad quemlibet, illa eligibiliora. Vt iuſte agere, & benefacere, magis quàm videri: nam amicis benefacere volumus magis quàm videri: quibuslibet autem è conuerſo. Et quæ ſunt ex circunſtantia neceſſarijs meliora, aliquàndo autem & eligibiliora. Melius enim quàm viuere bene viuere: bene autem viuere eſt ex circunſtãtia: ipſum autem viuere neceſſarium. Aliquando autem meliora nõ etiam eligibiliora: non enim ſi meliora, neceſſario q̄ eligibiliora: philoſophari ſiquidem melius quã lucrari, ſed non magis eligendum indigenti neceſſarijs. Ex circunſtantia autem eſt, quando exiſtentibus neceſſarijs, alia quędam adiũciuntur bonorum. Fere autem fortaſſe eligibilius quod neceſſarium eſt, melius autem qđ ex circunſtantia. Et quod non eſt ab alio exquirere, quàm quod eſt, & ab alio. Quale ſuſtinet iuſtitia ad fortitudinem. Et ſi hoc quidem ſine illo eligẽdum, illud autem ſine hoc non. Vt poteſtas ſine prudentia non eligenda, prudentia vero ſine poteſtate eligenda. Et duorum, ſi alterum negamus, vt reliquum videatur nobis ineſſe: illud eligibilius, quod volumus nobis videri ineſſe. Vt laborem diligere nos negamus, vt ingenioſi eſſe videamur. Amplius, pro cuius abſentia minus increpandi ſunt moleſte ferentes, hoc magis eligendum. Et pro cuius abſentia non moleſte ferentem magis increpandum: id eligibilius:

D
38. Locus. Declaratio.
39. declaratio.
40. Locus
41. Declaratio.
42. Locus
E
43. Locus.
44. Locus Declaratio.
45. Locus. Declaratio.
46. Locꝰ.
47. Locꝰ.

Sermo de alijs locis eiuſdem quæſiti. *Cap.* 2. F

C

ABRAM

Locus. 12. q. 6. 22. & 23. i Ariſt.

DVodecimus aũt locus eſt ſumptus ex ipſis illationibus. Qñ n. ſunt duæ res connexę, & nõ poſſumus commõſtrare q̄ vna ipſarũ ſit eligibilior altera, per aliquam rem omuino ex ipſiſmet: ſicq; expedit, q̄ conſideremus illationes illarum, quia cuius cõſequens eſt melius, illa eſt eligibilior. v.g. facilitas actionis, & facilitas paſſionis, quia facilitatem actionis ſequitur vincere, & facilitatem paſſionis vinci. Et

MANTINVS

LOcus aũt. 12. eſt ſumptus ab ipſis cõſequẽtibus. nã, cũ fuerint duæ res coniunctę, & non poſſimus iudicare alterã earum alterã ſuperare in vlla re rõne ſua, tunc op3. reſpicere ea, q̄ ex illis ſequunt: nã illa res, ad quã ſequit̃ maius bonũ, erit eligibilior, & illa, ad quã ſequit̃ minus malũ, ẽquoq; eligibilior. exẽpli cã, facilis actio, & facilis paſio: nã ad facilitatẽ actiõis ſeq; ipſũ vincere, ad facilitatẽ ꝑo paſſiõis ſeq; ipſũ vinci.

Exemplum

ABRAM

A Et exemplum illius quod ſequitur malum minus eſt viuere latenter, & viuere propatulo, quia vitã, quæ eſt latenter, ſequitur ſpretus, & vitam quæ propatulo eſt, ſequitur inuidia. Conſequens autem aliquam rem aliquando quoddam eſt prius, & quoddam poſterius, ſicut diſcipulum ſequitur ignorantia & ſcientia, ignorantia enim illius quod addiſcendum eſt prior eſt in illo, & ſcientia poſterius ineſt ei, vltimum autem conſequens pro maiori rei parte eſt præſtantius: expedit au-
B tem quòd ſumamus de conſequentibus quod vtilius fuerit, hoc eſt, ſi vtilius fuerit prius, ſumemus illud, & ſi poſterius ſumem⁹ illud. Et hic quidem locus eſt proprius eligibilibus, & eſt neceſſarius.

Locus. 13. qui eſt. 24

Tertiusdecimus locus eſt, quòd bona plura ſunt eligibiliora, quàm quæ pauciora ſunt, quando ſubintrant pauciora ea quæ ſunt plura. & ille eſt diuulgatus, & eſt mendax, quando vnum bonorũ eſt propter alterum, quia non fit verum ꝙ illo-
C rum aggregatum ſit eligibilius altero illorum. verbi gratia, dicendo ſanari & ſanitatem, quia illorum aggregatum non eſt eligibilius altero eorum, ſcilicet ipſa ſanitate: eligim⁹ enim ſanari propter ſanitatẽ. Oportuit autem apponere huic loco duas conditiones: quarum vna eſt, quòd pauciora ſubſint pluribus, quia non ſequitur plures drachmas eſſe eligibiliores paucioribus auteis: & ſecunda conditio eſt, ꝙ res pauciores contentæ non ſint perfectiones rerum plurium continentium, & continentes quædam ſit perfectiones, & quædam prope perfectiones.

Quartus

MANTINVS

Exemplum illius rei, ad quã ſequit᷑ D minus malum, eſt clandeſtina vita, & vita patẽs publice. nam ad vitam occultam ſequit᷑ ignominia, ad patentẽ vero vitam ſequitur inuidia. Id præterea, quod ſequit᷑ aliquam rem, qñq; eſt prius & præcedens, aliqñ eſt poſterius. vt ad ipſum addiſcẽtem ſequitur ignorare, & ſcire: nam ignorantia rei, quã diſcit, erat prior antequã diſceret eam, ſcia eius vero eſt poſterior, & id quod ſequitur vt plurimũ in vltimo, eſt præſtantius: & ex ipſis cõſequentibus debem⁹ ſumere, quod vtilius eſt eorum, ita vt E ſi quod vtilius eſt, fuerit prius, & precedens, tunc ſumimus ipſum, ſed ſi poſterius, tunc & illud capimus. Et iſte locus eſt proprius ipſis rebus eligibilibus, & eſt neceſſarius.

F in eo quod participat, vel participat, eo ꝙ et in alijs quibuſdam inerit propriũ. Si enim in eo quidem quod participatur, aſsignauit, participantibus inerit, ſi vero in eo quod participat, ijs quæ participant, vt ſi alicuius animalis poſuerit viuere propriũ, non diuidens ẽt ſpecie quod vni ſoli, inerit eorũ, quæ ſub eo ſunt, cuiꝰ propriũ ponit: nam quod eſt ſecundhm ſuperabundantiã, vni ſoli ineſt: vt igni leuiſsimum.

Aliquotiẽ

G Aliquoties aũt & ſpẽs addens
54. Locus. Declatio. peccat. Nam oportebit vnã ſpeciem eſſe eorum quæ dicuntur, qñ ſpecie addiderit: hoc autẽ in quibuſdam non accidit, vt nec in igne, nõ enim eſt vna ſpecies ignis, nã diuerſum eſt carbo & flamma, & lux ſpecie, cum vnũquodq; horum ſit ignis: propter hoc aũt non oportet quãdo ſpecie additur, diuerſam eſſe ſpeciẽ eius quod dicitur, qm̃ his quidẽ magis, illis autem minus inerit
H quod dictũ eſt proprium, vt in igne ſubtiliſsimũ: ſubtilior enim eſt lux carbone, & flamma. Hoc autem non oportet fieri quando non, & nomen magis prædicaſ, de quo oratio magis verificaſ. Si autẽ non, non erit de quo ora-
55. Locus. Declatio. tio magis, & nomẽ magis. Amplius autẽ ad hæc idem eſſe accidit proprium eius quod ſimpliciter, & eiꝰ quod maxime in ſimpliciter tali: vt in igne ſe hẽt ſubtiliſsimũ: nam & ſimpliciter & ignis, & lucis erit hoc ipſum proprium, ſubtiliſsima enim lux: cũ
I igitur alius ſic aſsignat propriũ, argumentandum: ſibi autem nõ danda hæc inſtantia, ſed ſtatim cùm ponit proprium, determinandũ eſt, quomodo ponit pro-
56. Locus. Declatio. prium. Deinde deſtruenti quidem, ſi idem eiuſdem proprium poſuit. Nõ enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe propriũ: nam idem eidem omne, quid eſt eſſe indicat: quod autem eſſe indicat, non proprium, ſed terminus eſt, vt quia qui dixit honeſti propriũ decẽs eſſe, idem eiuſ K dem proprium aſsignauit (idem enim eſt honeſtũ & decens) non vtiq; erit decẽs honeſti propriũ.

57. Locus. Declatio. Conſtruenti autem, ſi non eiuſdem proprium aſsignauit, cũm conuerſim prædicatum poſuit. Nam erit propriũ quod poſitũ eſt non eſſe propriũ: vt quia qui poſuit aſalis proprium id quod ſubſtantia animata, non idẽ quidem eiuſdem proprium poſuit, & conuerſim prædicatum aſsignauit, erit animalis proprium L ſubſtantia animata. Deinde ẽt
58. Locus. Declatio. in ijs, quæ ſimilium partiũ ſunt, conſiderandũ eſt: deſtruẽti quidem ſi quod totius eſt propriũ, non verificatur de parte: aut qđ partis, non dicitur de toto. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe propriũ: accidit aũt in aliquibus hoc fieri. aſsignabit enim aliquis in ijs, quæ ſimiliũ partium ſunt proprium aliquoties quidem in toto reſpiciẽs, aliquoties autẽ in eo quod ſm partem dicitur ipſe ſeipſum intelli- M gens: at erit neutrũ recte aſsignatum, vt in toto quidẽ, quia qui dixit maris proprium, plurima aqua ſalſa, alicuius ſimilium partium poſuit proprium, & tale aſſignauit quod nõ verificatur de parte (non enim erit quiddã maris plurima aqua ſalſa) non vtiq; erit maris ꝓpriũ, plurima aqua ſalſa'. In parte autẽ, vt quia qui poſuit aeris propriũ, reſpirabile, ſimilium quidem partium alicuius dixit proprium, tale aũt aſsignauit

A gnauit quod de quo aere verum
eſt, de toto aũt non dicitur (non
enim erit vniuerſus aer reſpira-
39. Locus. Declaro. bilis (nõ erit vtiq; aeris propriũ
reſpirabile. Aſtruenti aũt, ſi ve
rificaẽ de vnaquaq; ſimiliũ par-
tium quod eſt proprium earum
ſm totum. Erit enim propriũ,
quod poſitũ eſt nõ eſſe propriũ:
vt quia verificatur de omni ter-
ra deorſum ferri ſm naturã: eſt
autẽ & non proprium alicuius
terræ ſm totum (nam ſecũdum
B terram, & id quod eſt terrã eſſe)
erit terræ propriũ deorſum fer-
ri ſecundum naturam.

Sermo de locis, quibus conſtituimus an be ne poſitum ſit proprium. Cap. 2.

Locus. 1. q eſt. 6. 7. 8. & 10. in Ariſt. LOca autem, quibus conſtitui-
mus an bene poſitum ſit pro-
prium, ſunt hæc.

Quorum prim⁹ eſt, ſi proprium
fuerit notius re, cui poſitum eſt pro
priũ, iam bene poſuit ipſum, ſi autẽ
non fuerit notius non ſit bene po-
ſuit ipſum. hoc aũt fit duobus mo-
dis, quoꝝ vnus eſt, ꝙ proprium ſm
ſe non ſit notius q̃ res cuius eſt pro-
C prium. v.g. qui poſuit ꝙ animæ pro
prium ignis, eo ꝙ ſimillimus ſit om
nium rerum, iam vſus eſt vt digno-
ſceret animã igne, eo quod ſm ſe eſt
quid latẽtius igne, maiorẽ enim no
titiã habemus de igne q̃ de anima:
ſecundus aũt eſt, ꝙ nõ ſit maior co-
gnitio eſſendi rem cuius, ẽ propriũ
q̃ cognitio ineſſendi proprium: ha-
benti proprium: qm̃ vt propriũ co-
gnoſcaẽ indiget duabus rebus, quã-
rum vna eſt, ꝙ ſm ſe ſit notius eſſe
q̃ habens propriũ, ſecunda aũt ꝙ ſit
notius ineſſe habenti propriũ, q̃ ha
bens propriũm. exempli gratia, qui D
poſuit ignis proprium, ꝙ ſit res, qua
anima primo ſit, iam vſus eſt in di-
gnoſcendo ignis proprium re, quã
eſſe ẽ latentius igne. Deſtruẽs itaq;
deſtrueret, quia propriũ careret al-
tero horũ duorum modorũ prio ri-
tatis cognitionis. Conſtruens vero
conſtrueret ꝙ bene poſitum ſit pro
prium, qñ eius ſunt hæ duæ ſpecies
prioritatis cognitionis. v.g. qui de-
nominauerit animal, ꝙ ei ſit ſenſus,
iã illud denominauit per id, quod
eſt duobus modis notius.

Locus ſecundus eſt, ꝙ proprium E
dixerit oratione ęquiuoca. v.g. quan Locus. 2. qui eſt. 11. 12. & 13.
do dicimus ſentit, ſignificamus duo
ſignificata, quorũ vnum eſt, ꝙ deno
minaẽt per ſenſum, & ſi dormiat: alte
rum aũt eſt, ꝙ vtatur ſenſu: propriũ
enim, qñ hoc modo profertur, latet,
ſiue proprium ſit de his, quæ ſignifi
cantur ſimplici dictione, aut oratio
ne: expedit itaq;, in locis, quibus de-
ſeruit, ꝙ fugiat æquiuocationẽ hui⁹
cõditionis. Et ſicut deſtruẽs deſtrue
ret propriũ, qñ poſitũ fuerit huius
conditionis, ſic cõſtruens ipſum cõ-
ſtrueret ex hoc eodẽ loco, qñ enim
expreſſum ſit proprium ſimplici di F
ctione, aut oratione non æquiuoca,
iam poſitum eſt poſitione bona: exẽ
plum huius de proprio, quod ſigni-
ficaẽ per orationem, eſt, prout quis
dixerit, ignis eſt corpus, cuius cõdi-
tionis eſt moueri ad ſupremũ locũ
velocius, q̃ poſſit eſſe, quia nulla di-
ctionum occurrentium in hac ora-
tione eſt ęquiuoca, neq; in compoſi
tione, q̃ fit ex illis dictionibus, ẽ ęqui
uocatio penitus. Et prope hunc eſt,
qui poneret propriũ æquiuocum, ꝙ
res, quæ p proprium denominatur,
ſignificetur per orationẽ ęquiuocã:

hoc

G hoc enim modo nõ eſſet proprium poſitũ, prout expedit illi, qui dicit, ꝙ ꝛnimæ propriũ ſit ipſam eẽ immortalem, & non explicat quæ ſuarum partium ſit huius denominationis. Conſtruens aũt argumẽtatur, ꝙ poſitum ſit proprium bona poſitione, qñ eloquuntur de habente propriũ oratione non æquiuoca. Vt qui diceret, ꝙ homo ſit aĩal, iam poſitum eſſet propriũ, prout expedit, quia hominis nomen non eſt æquiuocum.

Locus. 3. qui eſt. 14 & 15. Tertius locus eſt, ꝙ aliqua rerũ, quæ ſumunt in proprium repetitũ, H qñ proprium repetitũ conturbaret audientẽ, & poneret orationẽ latentem: orationis aũt repetitio fit duobus modis, quorũ vnus eſt, ꝙ vnum ipſum idẽ nomen fiat bis, prout eſt ſermo dicentis, ꝙ terra ſit ſubſtantia de corporibus, quæ nãſr ferat ur in infimũ locũ, ſubſtantia enim intrat in corp⁹; & hoc quidem apparet qñ loco corporis vtatur ſubſtantia talis denominationis. Et deſtruens deſtrueret proprium, qñ ipſum termi naret per alterã duarum denomina tionum, & qui verificaret proprium ipſum, confirmaret ꝙ in eo non fiat I vnum nomen bis repetitum. verbi gratia qui diceret ꝙ hominis ꝓpriũ ſit eſſe diſciplinabile, iã poneret pro prium prout expedit, & non vteret hic nomine repetito.

Locus. 4. qui eſt 16. & 17. Quartus locus eſt, ꝙ nõ inſit proprio res cõis omnibus rebus. v g. qui diceret ꝙ ſcientiæ propriũ ſit, ꝙ ſit opinio, in qua non mutat aſſertio à ſyllo, ex quo eſt vna forma, quæ nõ auferetur: vnum enim ineſt oĩbus rebus: & deſtruens deſtrueret, ꝙ proprium poſitũ ſit aliter, q̃ expediat. Et ex hoc loco verificaret, qui aſſereret ipſum ꝙ poſitũ ſit prout expedit, qñ non fuerit in eo poſita res cõ- K munis, ſicut qui poſuit ꝙ animalis propriũ ſit habere animã: in anima enim non eſt res communior aĩali.

Quintus locus eſt, ſi quis ponat rei plura propria, prẽter ꝙ hoc explicet, ille non bene ponet ipſum propriũ. v.g. qui poneret de ignis proprio ꝙ ſit tenuiſſimũ corporum, & leuiſſimum ipſorũ iam poneret illi plusq̃ vnũ proprium: nam inter diuulgata eſtimat, ꝙ ſicut expedit definitionem eſſe vnã, cui nõ additur aliqua res, præter ꝙ ſignificat eſſentiam, ſic propriũ expedit eſſe vnum: hoc aũt L eſt diuulgatum, non verũ, quia non eſt ĩpoſſibile rei eſſe multa propria: aſſerens autem aſſereret, ꝙ poſitum erat, vt expedit, qñ nõ fuerint plura propria. v.g. vt qui dixit ꝙ humoris proprium ſit oẽm figurã ſuſcipere.

Locus. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.

Locus. 6. 7. eſt. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27.

Sextus aũt locus eſt, ꝙ non ſit poſitum propriũ, quod ẽ res poſterior in eſſendo, q̃ res, cui eſt propriũ, & præcipue, qñ fuerit parsillius, & nõ id quod eſt, & res cuius eſt propriũ ſit ſimul in eſſendo, ſicut duo oppoſita: hæc enim oĩa non ponerẽt rem notiorẽ, hoc autem eſt ſm diuulgationem: ſin aũt, non euadit, quin poſterius ĩ eſſendo ſit notius, & ꝙ propriũ ſit notius, q̃ ſit aliqua pars rei, cuius eſt proprium: tanto fortius ꝙ duarũ rerum, quæ ſunt ſimul natura, vna ſit notior altera. Exemplum illius eſt, qui fecerit rem poſteriorẽ in eſſendo, ac ſi eſſet propriũ, prout eſt ille, qui dixit, ꝙ animalis ſit proprium ꝙ ſit ſubſtantia, cuius ſpẽs eſt homo, hic aũt vtitur quodam proprio, quod eſt pars rei. Et exemplũ illius, qui facit propriũ ab ipſo oppoſito, eſt, prout ille qui dixit, quòd proprium boni ſit oppoſitum mali.

M

Deſtruẽs

A Destruens aũt destrueret, quia posi tum esset propriũ aliter q̃ expediat. Asserens aũt assereret, ꝙ positũ sit, prout expedit, qñ non sit ab oppositio, neq; posterior. Expedit autem te scire, ꝙ, qñ proprium sumitur fm modũ ptiuationis, & habitus, ꝙ habitus sit notior priuatione, sicq; & affirmatiuum notius est negatiuo.

Hæc itaq; sunt loca, quibus possumus nobis constare, ꝙ proprium positum sit prout expedit, aut ꝙ nõ sit ita positum. Reliqua autẽ loca, quæ Aristo. narrauit in hoc capitulo (ait Themistius) ꝙ subintrent loca, quibus nobis constat, ꝙ id, qnod positũ B est proprium, non sit proprium: & argumentatur ad hoc, quia Aristo. illa repetit & dinumerat in summa illorũ locorum. Verisimile autẽ est, ꝙ illis sit aditus ad ambo capitula simul, sed duobus differentibus modis: id enim, quod non est propriũ, dicit duobus modis, quorũ vnus est ꝙ careat aliqua dispositione, qua diceret de illo propriũ, quouis modo dicatur proprium, secundus aũt est, ꝙ priuatio illius, de quo dicitur propriũ, sit in præmissa, & huius rei prædicata differant fm magis & minus: C prædicatum enim de re ipsius proprij est quædã res nimis imperfecta, quæ posset numerari in duobus capitulis, qñ autem non consideraret hæc res, esset in capitulo, quo id, qđ positum est proprium, non sit proprium, & qñ consideratur fm illud, potest numerari ĩ capitulo illius, ꝙ id, quod positũ est proprium, sit positum aliter q̃ expediat. Tu autẽ exprime & distingue loca, quæ retulit Aristo. in duobus capitulis, ꝙ sint huius conditionis. Et incipiemus loca, quibus constituemus ꝙ id, quod dicitur proprium, non sit propriũ. D Expedit autem, vt scias (prout ait Themistius) ꝙ bases horum locorũ sunt tres, quarum vna est, ꝙ propriũ insit rei semper, secunda ꝙ sit prædicatione conuertibile, & tertia est, ꝙ non significet rei quidditatẽ. Et conuenit etiam scire, ꝙ destruitur proprium, qñ deest ei vna harũ triũ basium, & ꝙ non constituitur, nisi qñ simul congregatæ fuerint. Et exemplum illius, quod nõ inest semp, est, qui poneret ꝙ proprium sit animali quiescere, aut moueri, quies enim aut motus iusunt illi alıqñ. Et exemplum illius, qui poneret propriũ nõ E conuertibile est, vt qui diceret, ꝙ homini propriũ sit esse animal rõnale meditatiuum & negociatiuum. Et expedit ꝙ postea incipiamus loqui de locis, quæ reducunt ad has bases.

Huius itaq; initiũ est locus, ꝙ nõ ponatur proprium fm rei naturam, sed fm sensum, prout diceret, ꝙ Sol sit astrum lucidissimum, quod mouetur supra terrã, nam verum est de illo hoc proprium toto tpe, quo Sol perseuerauerit sentiri: notum autẽ est, ꝙ hoc proprium non inest semper, & similiter quando diceretur, ꝙ colori proprium sit visu esse com- F prehensum, quando enim non videtur, iam ablatum est proprium. Locus. 1. q̃ est 28. & 29.

Secundus locus est, ꝙ non ponat gen⁹ in proprium, vt qui diceret, ꝙ pari propriũ sit, ꝙ sit in duas equas partes diuisibilis: ponens enim hoc, poneret proprium, quod non est, & notum est, ꝙ huic proprio desit cõuertibilitas, diuisibile enim in duas equas partes prædicatur de quantitate continua, & discreta, quando autem meminerit de nomine numeri conuertetur prædicatione. Locus. 2. qui est. 30

G Tertius locus eſt, ꝙ ponatur proprium prædicatum ꝓter naturaſ'r, & hoc fit ꝙ ponatur habens propriũ proprij propriũ : id autẽ, quod hoc modo poſitum eſt, non eſt propriũ: cuius exemplum eſt, vt qui poſuerit igni ꝙ eſt ſubtiliſſimarum partium inter corpora, & ꝙ eſt propriũ ipſi eueniret illi, qui poneret proprium hac poſitione, ꝙ ſit vnum propriũ plurium rerum, & hoc quando vni rei ineſſent plura propria, ſicq; quando poneret ipſam met rem propriũ, poneret vnum proprium multarũ rerum : hoc autem eſt falſum.

Locus. 3. qui eſt. 39

H Quartus locus eſt, ꝙ nõ ponatur ipſa dꝛia proprium, vt dicatur ꝙ homini propriũ ſit rõnale, huic enim deeſt, ꝙ non notificet rei eſſentiam, hoc eſt, notificationis priuatio, dꝛia enim notificat rei eſſentiam. Expedit autem ſcire, ꝙ quiuis horum locorum verax eſt, ſi fiat in conſtruendo, qñ duæ reliquæ baſes fuerint notæ ineſſe rei, quæ poſita eſt eſſe proprium. verbi gratia, quia dum dicimus de homine, ꝙ ſit animal ſcientiæ ſuſceptiuum, quando ſm hanc poſitionẽ commonſtratum fuerit, illud non eſſe dꝛiam, & cum hoc pateat de eius re, ꝙ ſit cõuertibile & neceſſariæ prædicationis, verificatum eſt, ꝙ hoc ſit illi proprium.

Locus. 4. q eſt. 44.

I Quintus locus eſt, ꝙ id, quod poſitum eſt alicui rei propriũ, non ſit propriũ ex parte qua ſignificat illã ſm vnum ſuorum nominum ſynonymorum. v.g. quia ex quo non eſt proprium rei quæſitæ patefieri quibuſdam viris ipſam eſſe bonam, nõ ſit hoc propriũ eligibilis. Si enim eſſet propriũ eligibilis, eſſet proprium quæſiti. Conſtruens aũt conſtrueret ꝙ huius contradictoriũ, ſ. ꝙ ipſummet proprium inſit vni eidem rei, & ſi illius ſint nomina ſynonyma. verbi gratia, ſi hominis proprium ſit ipſius animæ eſſe tres partes, cogitatio, iraſcens, & concupiſcens, & viri proprium ſic eſt: homo enim & vir ſunt nomina ſynonyma.

Locus. 5. qui ẽ. 45. & 46.

K

Sextus locus eſt, ꝙ alicui ſpeciei, quæ ſubſunt vni generi, poſitum ſit proprium, cui eſt contrarium, non oportet contrarium eſſe proprium ſpeciei, quæ cũ illa ſumpta fuit in genere. v.g. qa ex quo homo & equus ſunt duæ ſpẽs, quæ ſubſunt animali. Et ſi hominis propriũ eſſet mor' ex ſe, nõ eſſet equi propriũ quies ex ſe.

Locus. 6. q eſt. 47. & 48.

L Conſtruens aũt conſtruetet per cõtradictorium illius, quo deſtruit deſtruens: hic aũt locus ſit verax, ſi numerus propriorum contrariorum, quibus diuidit genus, eſſet numerus ſpecierũ: res vero contra ſe habet, & ille eſt locus mendax, & cũ hoc modicæ perſuaſionis.

Locus. 7. q eſt. 49.

Septimus locus eſt, quo ſophiſtæ deſtruunt quod poſitũ eſt propriũ, nõ eſſe proprium. Et hic quidẽ ſeptimus locus eſt ex parte æquiuocationis noĩs vnius, & alterius, qñ enim aliquis poneret aliquod propriũ alicui rei, vt riſibilitatẽ hoĩ, gratia exẽpli, & homini accideret multæ res, vt ꝙ ille ſit arabs, & ꝙ ſit balbutiẽs, & ſophiſta ſumeret, ꝙ homo & hõ albus ſint vna res numero, ſequeretꝫ hinc, ꝙ riſibilitas eſſet propriũ hominis albi, & niger nõ eſſet riſibilis. Quando aũt diceretur ꝙ homo abſolute, & homo albus eſſent duę res, deſtrueretꝫ ſophiſma. Locus autẽ ſophiſmatis fuerat, quia poſita erant duo vnum. Et fortaſſe falleret huius contraria ponendo vnũ duo, prout quis poneret ſcĩæ propriũ immutabilem

M

A bilem opinionē, & deſtruerent hoc, ex quo hoc propriū eſt ſcientis, & nō eſt moris ipſi⁹ proprij ineſſe duab⁹ rebus. Huius aūt ſophiſmatis diſſolutio eſt, quia ſcīa & ſciens ſunt duo ſm rationem & vnum ſubiecto. vel dicemus, ꝙ proprium vnius non ſit proprium alterius, ſcīa enim in vno ſignificat, quod non eſt in ſubiecto, & in ſciēte ſignificat quod eſt in ſubiecto, ſcientia enim eſt immutabilis opinio, ſciens aūt non eſſet homo, niſi eius ſcientia mutaretur.

Locus. 8. qui ē. 50. & 51.

B Octauus locus eſt, in quo poteſt falli, ex quo enim moris ipſius proprij eſt, ꝙ illi cuius eſt propriū naturaliter inſit, ponens aūt omittat apponere conditionē ad ipſum, ꝙ inſit illi, cuius eſt propriū, hic modus. Sophiſta enim falleret ponendo proprium aliqñ ſeparari ab eo, cuius eſt proprium: exempli gratia, vt qui diceret, ꝙ homō ſit bipes, erraret. Deſtruens aūt diceret, ꝙ pedibus excisus nō haberet hoc proprium, quando vero ſuperadderetur naturaliter, auferretur hoc ſophiſma.

Locus. 9. qui ē. 52. & 53.

C Nonus locus etiā eſt, in quo poteſt falli. qñ enim moris ipſius ꝓprij eſt, eſſe propriū, quatenus eſt prædicatum prima prædicatione, ponens aūt omittat adijcere illi hanc conditionē, poſſet illud deſtrui. Id enim quod pōt ineſſe illi, cuius eſt ꝓpriū, & alij ab eo, non eſt illi proprium. Vt, verbi gratia qui diceret, ꝙ ſuperficiei proprium ſit colorē ſuſcipere: Sophiſta autem deſtrueret illud, qa de corpore verum eſt dicere, ꝙ ſu ſciat colorem. Quando aūt ponens diſtinxerit, dicendo ꝙ ſuperficies ſuſcipiat colorē primo, & corpus illū recipiat mediante ſuperficie, auferē ſophiſma. Et ſīc ſemper, qñ alicuius rei eſt aliqua conditio, & illām ponens omiſerit, & illā poſuerit abſolute, eueniet ei tale ſophiſma. Prædicatio enim multorū prædicatoꝝ eſt verax conditione, prout dicendo, ꝙ ſit nāl'r, vel acquiſitum, aut potētia prima vel ſecunda. Et ideo expedit illi, qui proponit bene ponere propriū, ꝙ caueat ponere abſolute id, cuius moris ſit poni conditionaliter.

D

Locus. 10. q eſt. 54.

Decimus locus eſt totalis, ꝙ ſumatur res, quæ ineſt ſm magis & minus de quibuſdā rebus, quæ differūt ſm hanc rem ſm magis & minus, & ponat proprium toti, prout qui dicit, ignē eſſe tenuiſſimā rerū, hoc enim verū eſt de vna ſpecierū ipſius ignis, q̄ eſt ipſum lampa, qm̄ (vt ait Plato) ignis ſunt tres partes, flāma, lampa, & carbo. Huius autē cauſa eſt, quia exceſſiuæ res non poſſunt videri in multis rebus, ſiue illæ res ſint vt ſpēs in genere, ſiue vt partes in toto.

E

Locus. 11. q eſt. 55.

Vndecimus locus eſt, ꝙ ponatur propriū eximio ſm comparationē, accidit enim hinc, ꝙ nomen non ſit verax de eo, de quo eſt verax oratio ſignificās propriū. Exempli gr̄a, qui dixerit, ꝙ ignis propriū ſit eſſe corpoꝝ leuiſſimū, & equi propriū eſſe ꝙ ſit animaliū velociſſimū: poſſet enim auferri ignis, & eſſet leuiſſim⁹ ipſe aer, gratia exēpli, ſicq; poſſet auferri equus, & aliud eſſe omniū animalium velociſſimū, quod eſſet animal illi ſuccedens ſm velocitatē, hoc vero eſſet proprium apud illum qui ſciret, ꝙ impoſſibile ſit vnquam auferri ignem, aut equi ſpeciem.

F

Locus. 12. qui ē. 56. & 57.

Duodecimus locus eſt, ꝙ ponamus rem ſuiipſius propriū, hoc autem contingit, dum rei fuerint duo nomina ſynonyma, quia quod poſitum eſt propriū, non eſt proprium.

G Et notũ eſt de re huius loci, ꝙ qui illum ponit, errat circa propriũ. v.g. vt qui diceret ꝙ pulchri propriũ ſit eſſe formoſum, pulchrum enim & formoſũ ſunt duo noïa ſynonyma.

Locus. 13. qui e ſ. 58. & 59. Tertiuſdecim⁹ locus eſt, quia proprium, qñ poſitum fuerit corporib⁹ homogeneis, expedir ꝙ inſit oïbus partib⁹ illorum corporum, qñ vero ineſſet maiori parti, & nõ ineſſet minori, aut ineſſet minori, & non ineſſet maiori, quod poſitũ eſt propriũ, non eſt proprium. Er exemplum illius quod ineſt maiori parti ſuarũ partium, & non ineſt toti, ſit, vt qui

H dixerit, ꝙ manus proprium ſit ipſius aquã eſſe ſalſam. Exemplum aũt illius, ꝙ poſitũ eſt de parte, & non de toto eſt, vt oratio illius qui dixerit, ꝙ aer inſpiret, inſpiratum enim eſt pars illius. Conſtruens vero qñ conſtruxerit, ꝙ proprium ſit de omnib⁹ partibus, & ꝙ reliquæ aliæ baſes inſint, iam conſtructũ eſt ipſum proprium. Exempli gratia, vt qui diceret ꝙ proprium ſit terræ ferri deorſum naturaliter, hoc enim ineſt omnibus partibus, ſicut ineſt toti.

locus 14. Quartuſdecimus locus eſt, ꝙ proprium ſit poſitũ in potẽtia illi, cuius eſt propriũ, & vltra ꝙ applicet illius

I eſſe porentiã per rem, quæ poſſit eẽ & auferri. gratia exempli, vt qui dixit, ꝙ colorũ proprium ſit, ꝙ ſint viſibiles in potẽtia, qm̃ ſi imaginetur ablatio & priuatio animalis, auferretur hoc propriũ, niſi apud illum, qui coniectatur, ꝙ impoſſe ſit priuari animal, ꝙ hoc enim poſſet deſtrui ipſum propriũ. Conſtruens aũt eſt cõtra hoc, nõ enim fit applicatio potentiæ rei, cuius poſitũ eſt propriũ p rem, quæ primo affatu imaginet priuari, vt gratia exẽpli, qui dixerit, ꝙ entis proprium ſit agere & pati. K

Hęc ſunt omnia loca propria ipſi proprio, reliqua autem reſidua loca ſunt cõia omnibus quæſitis, & ſunt vniuerſaliter quæ ſumuntur ab oppoſitis, aut à ſimili, aut ab eo quod ẽ magis & minus & æquale, aut à caſibus & coniugatis, aut à generatione & corruptione. Er incipiem⁹ hoc ſecundum Ariſt. doctrinam, fit enim in hoc exercitium quoddam.

De locis communibus omnibus quæſitis, quæ ſumuntur ab Oppoſitis, aut à Simili, aut ab eo, quod eſt Magis, & minus & æquale, aut à caſibus, & coniugatis, aut à generatione, & corruptione. Cap. 3. L

60. Locus. Declatio. DEinde ex oppoſitis conſiderandũ eſt, primũ quidem ex cõtrarijs: deſtruẽti quidẽ, ſi contrarij non eſt contrariũ. Neq; enim contrarij erit contrariũ proprium: vt quia cõtrarium eſt iuſtitiæ quidẽ iniuſtitia, optimo aũt peſsimum: nõ eſt autẽ iuſtitiæ proprium optimum, nõ erit iniuſtitiæ propriũ peſsimũ. Conſtruenti aũt, ſi cõ 61. Locus. Declatio. trarij contrariũ propriũ eſt, & cõtrarij contrariũ propriũ erit. M Vt quia contrariũ eſt bono quidem malũ, eligendo aũt fugiendum eſt aũt boni propriũ eligẽdum: erit mali propriũ fugiẽdũ.

Secundum autẽ, ex ijs quæ ad 62. Locus. Declatio. aliquid ſunt: deſtruenti quidẽ, ſi hoc quod ad aliquid eſt, eius qd eſt ad aliquid nõ eſt proprium. Neq; enim hoc quod ad aliquid eſt, eius quod ad aliquid eſt, erit propriũ: vt quia dicitur duplũ quidem ad dimidium, ſuperans

autẽ

A autē ad ſuperatum: non eſt autē dupli proprium ſuperans, non erit dimidij propriū ſuperatū.

63. Locus. Declatio. Conſtruenti autē, ſi eius quod eſt ad aliquid, hoc quod ad aliquid eſt proprium: & eius quod eſt aliquid, id quod eſt ad aliqd erit proprium. Vt quia dicitur duplum quidē ad dimidium id eſſe, quod duo ad vnum: eſt aūt dupli proprium vt duo ad vnū: erit dimidij proprium, vt vnū ad duo.

64. Locus declatio. Tertium aūt, deſtruēti quidem, ſi habitus, id quod ſm

B habitum dicit non eſt propriū, neq; profecto priuationis, id qd ſm priuationē dicitur, erit proprium: & ſi priuationis, id quod ſm priuationem dicitur non eſt proprium, neq; habit⁹, id quod ſecundum habitum dicitur erit

65. Locus. Declatio. proprium. Vt quia nō dicitur ſurditatis proprium inſenſibilitatem eſſe, neq; auditus erit proprium ſenſum eſſe. Conſtruēti vero, ſi quod ſecundum habitū dicitur, eſt habitus proprium: et priuationis, id quod ſecundum

C priuationē dicitur erit propriū: & ſi priuationis, id quod ſecundum priuationē dicitur, eſt proprium, & habitus quod ſecundum habitum dicitur, erit propriū. Vt quia viſus eſt propriū videre, ſecundū quod habemus viſum: erit cæcitatis proprium non videre, ſecundum quod nō habemus viſum, nati habere.

66. Locus. Declatio. Deinde ex affirmationibus, & negationibus: primum quidem ex iplis quæ prædicātur. Eſt autem locus hic vtilis deſtruēti tan D tum: vt ſi affirmatio, vel quod ſecundum affirmationē dicitur, eius eſt proprium, non erit profecto ei⁹ negatio, neq; quod ſm negationem dicitur proprium: ſi autem ſit negatio, aut quod ſecundum negationē dicitur proprium, eiuſdem non erit affirmatio, neq; quod ſm affirmationē dicitur proprium: vt quia proprium animalis eſt animatum, non erit animalis proprium, nō animatum. Secundum autē ex prædicatis, vel etiam non prædi E catis, & de quibus prædicatur, vel non prædicatur: deſtruenti quidē, ſi affirmationis affirmatio non eſt proprium. neq; enim negatio negationis erit propriū: & ſi negatio negationis non eſt propriū, neq; affirmationis affirmatio erit proprium: vt quia nō eſt proprium hominis animal, neq; non hominis non animal: ſi autem non hominis non videtur proprium non animal, neq; hominis erit proprium animal. F

67. Locus. Declatio.

68. Locus. Declatio. Conſtruenti aūt, ſi affirmationis affirmatio eſt proprium. Nā & negatio negationis erit proprium: ſi aūt negationis negatio eſt proprium, & affirmatio affirmationis erit propriū: vt quia non animalis eſt propriū non viuere, erit animalis propriū viuere: & ſi animalis propriū videt viuere, & non animalis propriū videbit non viuere. Tertiū autem ex ipſis ſubiectis. deſtruenti quidē, ſi quod aſſignatū eſt pro-

69. Locus Declatio

G priũ, affirmationis eſt propriũ. Non erit enim idem & negationis proprium: ſi autẽ negationis eſt propriũ quod aſsignatũ eſt, non erit affirmationis propriũ: vt quia animalis propriũ eſt animatũ, non animalis non erit proprium animatum. Conſtruenti vero, ſi aſsignatum propriũ nõ eſt affirmationis proprium, erit negationis. At hic locus deficit: nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis non eſt proprium, quãdoquidẽ affirmatio
H negationi omnino non ineſt: negatio aũt affirmationi ineſt quidem, at non vt proprium ineſt.

70. Locus Declatio.

Annotatio.

71. Locus. Deinde ex ijs quæ ex oppoſito diuiduntur: deſtruenti quidem ſi eorum quæ ex oppoſito diuiduntur, nullum ullius reliquorũ ex oppoſito diuerſorum eſt proprium. Neq; enim quod oppoſitum eſt, erit propriũ eiꝰ, cuius poſitũ eſt proprium: vt quia animal ſenſibile nullius aliorũ mortalium animaliũ eſt proprium, nõ erit animal intelligibile Dei
I proprium. Conſtruenti autẽ, ſi

72. Locus. Declatio. cæterorũ quæ ex oppoſito diuiduntur quoduis eſt proprium talium quorumcunq; eorum quæ ex oppoſito diuiduntur. Nã reliquum erit eius propriũ, cuius poſitum eſt non eſſe propriũ: vt quia prudentiæ eſt proprium, per ſe natum eſſe rationalis, virtutẽ eſſe, & aliarũ virtutum ſic vniuſcuiuſque ſumptæ: erit temperantiæ proprium per ſe natum eſſe concupiſcibilis virtutem eſſe.

Deinde ex caſibus: deſtruenti K quidẽ, ſi caſus non eſt caſus proprium. Neq; enim caſus erit proprium caſus: vt quia nõ eſt eius quod eſt iuſte propriũ id quod bene, neq; iuſti propriũ erit bonum. Conſtruenti autem, ſi caſus eſt proprium caſus. Nam et caſus erit caſus propriũ, vt quia hominis eſt proprium greſsibile bipes, & homini erit proprium greſsibili bipedi dici. Non ſolũ autem in eo quod dictum eſt ſecundum caſus eſt cõſiderandũ, ſed & in oppoſitis, quemadmodum & in prioribus locis dictũ eſt. deſtruenti quidem, ſi oppoſiti caſus non eſt proprium oppoſiti caſus. Neq; enim oppoſiti caſus erit proprium oppoſiti caſus: vt quia non eſt eius quod eſt iuſte proprium quod bene, neq; iniuſte erit propriũ quod male.

73. Locus. Declatio.

74. Locus. Declatio.

75. Locus. Declatio.

L

Cõſtruenti vero, ſi oppoſiti caſus eſt proprium oppoſiti caſus. Nam & oppoſiti caſus, erit propriũ oppoſiti caſus: vt quia honeſti eſt proprium optimum, & inhoneſti erit propriũ peſsimũ.

76. Locus Declatio.

M

Deide ex ijs quæ ſimiliter ſe habent, deſtruẽti quidem, ſi quod ſimiliter ſe habet, eiꝰ quod ſimiliter ſe habet, non eſt proprium.

77. Locus Declatio.

Neq; enim quod ſimiliter ſe habet, eius quod ſimiliter ſe habet erit proprium, vt quia ſimiliter ſe habet ad extruendum ædificium ædificator, & medicus ad efficiendum ſanitatem: non eſt autem proprium medici efficere ſanitatẽ, neq; ædificatoris erit propriũ,

78. Locus. Declatio.

A proprium extruere ædificium.
79. Locus Declatio. Constructuenti autem, si quod similiter se habet erit propriū ei⁹ quod similiter se habet. Nam & quod similiter se hēt, eius quod similiter se habet erit propriū: vt qm̄ similiter se habet medicus ad id quod est esse effectiuū sanitatis, & ludi magister ad id quod est eē effectiuum bonæ habitudinis: est autem proprium magistri ludi, esse effectiuum bonæ habitudinis, erit propriū & medici effectiuum esse sanitatis.
B 80. Locus Declatio. Deinde ex ꝫs quæ sic se habēt: destruenti quidem, si quod sic se habet, eius quod sic se habet non est proprium. Neq; enim quod sic se habet, eius quod sic se habet, erit proprium. Si autem ei⁹ quod sic se habet, id quod sic se habet est proprium, eius nō erit proprium, cuius positum est eē proprium. Vt quia sic se habet prudentia ad honestū & turpe, eo q̄ disciplina vtriusq; eorum est: non est autem prudentię pro
C prium disciplinā esse honesti, nō vtiq; erit proprium prudentiæ disciplinā esse turpis: si vero est proprium prudentiæ disciplinā esse honesti, non erit proprium eiusdem disciplinam esse turpis: impossē est enim eiusdem plura esse propria. Constructuenti vero nihil locus iste vtilis: nā quod sic se hēt, vnū ad plura cōparatur.
81. Locus. Declatio. Deinde destruenti quidem, si quod ſm esse dicit, non est eius quod ſm esse dicitur proprium. Nam neq; corrumpi ei⁹ quod est ſm corrumpi, neq; generari
D eius quod ſm generari dicitur, erit proprium. Vt quia est hominis proprium esse animal, neq; eius quod est hominē generari, erit proprium generari animal, neq; eius quod est hominē corrumpi erit propriū corrūpi aīal. Eodem aūt modo accipiendum est & ex generari ad esse & corrumpi, & ex corrumpi ad esse et generari, quemadmodum dictū est nūc ex esse ad generari, & corrumpi. Constructuenti aūt, si eius 82. Locus. Declatio.
E quod est secundum esse ordinatum est. Est autem per se, ordinatum proprium: nam & eius, quod ſm generari dicit, erit hoc quod secūdum generari dicitur proprium, & eius quod secundum corrūpi, hoc quod ſm corrumpi est assignatum: vt quia hominis est proprium esse mortalem, & eius quod est generari hominem, erit proprium generari mortalem, & eius, quod est corrumpi hominem, corrumpi mortalem. Eodem autem modo
F accipiendum est & ex generari, & corrumpi, & ad esse, et ad ipsa ex ipsis fieri: quemadmodum & in destruēti dictum est. Deinde 83. Locus. Declatio. inspiciendum ad idē suppositū: destruenti quidem, si ideæ nō in est, aut si non qua id dicitur, cuius est proprium assignatū. Nō enim erit proprium quod positum est esse proprium: vt quoniam ipsi homini non inest quiescere qua homo est, sed qua idea, non erit hoīs propriū quiescere.

G Conſtruenti autem, ſi ideæ in-
84. Locus Declatio. eſt, & ſm hoc ineſt qua dicitur de illo ipſo, cuius poſitum eſt nõ eſſe proprium. Erit enim proprium quod poſitum eſt non in eſſe proprium: vt quoniam ineſt ipſi animali ex anima & corpore compoſitũ eſſe, & qua animal eſt, ipſi ineſt id, erit propriũ animalis ex corpore et anima cõ
85. Locus. Declatio. poſitum eſſe. Deinde ex magis & minus. Primum quidem deſtruenti, ſi quod magis eſt, eius quod magis non eſt proprium.

H Neq; enim quod minus eſt, eius quod minus erit proprium: neq; quod minime eius quod minime: neq; quod maxime eius qđ maxime: neq; quod ſimpliciter ei⁹ quod ſimpliciter: vt quia nõ eſt magis colorari magis corporis proprium: neq; minus colorari minus corporis proprium erit, neq; colorari corporis oĩno.

86. Locus. Declatio. Conſtruenti autẽ, ſi quod magis eſt, eius quod magis eſt, eſt propriũ. Nam quod minus eſt,

I eius quod min⁹ eſt erit propriũ: & quod minime, eius quod minime, & quod maxime, eius qđ maxime: & quod ſimpliciter, ei⁹ quod ſimpliciter: vt quia magis viuentis, magis ſentire eſt proprium: & minus viuentis min⁹ ſentire, erit proprium: & eius quod maxime, id qđ maxime, & eius quod minime, id quod
87. Locus Declatio. minime, & ei⁹ quod ſimpliciter, id quoq; qđ ſimpliciter. Et ex eo autem quod ſimpliciter, ad eadem cõſiderandum: deſtruẽti quidem, ſi quod ſimpliciter non

K eſt proprium. Neq; enim quod 88. Locus. Declatio. magis eſt, eius quod magis, neq; quod minus, eius quod minus, neque quod maxime, eius quod maxime, neq; quod minime ei⁹ quod minime erit proprium: vt quia non eſt hominis proprium ſtudioſum, neque magis hominis, magis ſtudioſum erit proprium. Conſtruenti autem, ſi quod ſimpliciter eſt, eius quod ſimpliciter eſt proprium. Nam 89. Locus. Declatio. & hoc quod magis ei⁹ quod ma

L gis, & quod min⁹ eius quod minus, & quod minime, eius quod minime, & quod maxime eius quod maxime erit proprium: vt quia eſt ignis proprium ſurſum ferri ſecundum naturam, & magis ignis erit magis propriũ ſurſum ferri ſecundum naturam: eodem modo conſiderãdum eſt & ex alĩs huiuſmodi. Secundum 90. Locus. Declatio. aũt, deſtruenti quidem, ſi quod magis eſt, non eſt eius quod magis eſt proprium. Neq; enim qđ

M minus eſt eius quod minus erit proprium: vt quoniã magis eſt propriũ animalis ſentire quàm hominis ſcire, non eſt autem animalis propriũ ſentire, quare nõ erit hominis propriũ ſcire. Conſtruenti autem, ſi quod minus, eius quod minus eſt proprium.

Nam & quod magis, ei⁹ quod magis erit proprium: vt quia minus eſt proprium hominis manſuetum natura cũ animalis viuere: eſt autem hominis proprium mãſuetum natura, erit propriũ

animalis

animalis viuere. Tertiũ vero,
91. Locus Declauo. deſtruenti quidem,ſi cuius magis eſt,propriũ non eſt. Neq; n. cuius eſt minus propriũ,erit eiꝰ propriũ:ſi aũt illius eſt propriũ, non erit huius propriũ: vt quia colorari magis ſuperficiei q̃ corporis eſt proprium,non eſt autẽ ſuperficiei propriũ,non erit corporis propriũ colorari:ſi vero ẽ ſuperficiei propriũ,non erit corporis propriũ. Cõſtruenti autẽ hic locus nõ eſt vtilis: nã impoſſibile eſt idem pluriũ proprium
B eſſe. Quartũ deſtruenti quidẽ,
92. Locus Decla-ratio. ſi quod maius eſt eius propriũ, non eſt propriũ, neq; profecto quod minus eſt eius proprium, erit propriũ. Vt quia magis eſt ꝓpriũ animalis ſenſibile q̃ partibile,non eſt autem animalis ſenſibile propriũ:quare nõ erit ani
93. Locus Declauo. malis partibile proprium. Conſtruenti autẽ, ſi quod minus eſt eius propriũ,eſt propriũ. Nam & quod magis eſt eius propriũ. erit proprium,vt qm̃ minus eſt
C propriũ animalis ſentire q̃; viuere:eſt aũt animalis proprium ſentire,erit animalis proprium
94. Locus Declauo. viuere. Deinde ex his,quæ ſiſr inſunt,primũ quidem deſtruenti,ſi quod ſiſr eſt proprium,non eſt propriũ eius,cuius ſiſr eſt,proprium.Neq; enim quod ſiſr eſt propriũ,erit proprium eius cuius ſimiliter eſt proprium:vt qa ſimiliter eſt propriũ concupiſcibilis concupiſcere, & rationalis ratiocinari: non eſt autem proprium concupiſcibilis concupiſcere,non erit rationalis ꝓpriũ ratiocinari. Conſtruenti vero,
95. Locus Declauo. ſi quod ſimiliter eſt proprium, eius eſt proprium,cuius ẽ ſiſr,proprium.Nam & quod ſiſr eſt proprium,erit eius proprium cuiꝰ ſiſr eſt,ꝓpriũ:vt quia ſimiliter ẽ rationalis propriũ primũ prudens,&concupiſcibilis propriũ primũ temperans:eſt autem rationalis primũ prudens:erit igitur concupiſcibilis propriũ primum tẽperans. Secundũ autẽ,
96. Locus. Declauo. deſtruenti quidem,ſi quod ſimi
E liter eſt proprium non eſt proprium eius.Nam neq; quod ſimiliter eſt proprium,erit,ꝓpriũ eius:vt quia ſiſr eſt propriũ hominis videre,& audire, non eſt hominis propriũ videre,nõ vtique hominis proprium audire.
97. locus. declauo. Conſtruenti vero, ſi quod ſimiliter eſt eius proprium, eſt proprium. Nam quod ſimiliter eſt eius proprium, proprium erit: vt quia ſiſr eſt proprium animę aliquid partium eius primo eſſe cõcupiſcibile,& rationale pri
F mo:eſt autem propriũ animæ, quid partium eius eſſe concupiſcibile primo,erit vtiq; propriũ animæ,quippiam partiũ eius eſſe rationale primo. Tertiũ ve-
98. locus declauo. ro,deſtruenti quidem,ſi cuius ſimiliter eſt proprium,non eſt,prium. Neq; enim cuius ſimiliter proprium erit propriũ:ſi autem illius eſt proprium,non erit alterius propriũ: vt quia vrere ſimiliter eſt proprium flãmę,& carbonis, non eſt autem flam-

mæ

G mæ propriũ vrere, non erit carbonis proprium vrere: ſi autem eſt flammæ propriũ, nõ erit carbonis proprium vrere. Conſtruenti autem hic locus non eſt vtilis: differt autem quod eſt ex ſimiliter ſe habentibus, ab eo qđ ex ĩjs eſt, quæ ſimiliter inſunt: quoniã illud quidem ſecundũ proportionẽ ſumitur, non in eo quod ineſt aliquid comparatũ, hoc autem ex eo quod ineſt, alicui comparatur. Deinde deſtruenti quidem, ſi potẽtia propriũ
H aſſignans, & non ad ens aſſignauit proprium potentia, cũ non contingat ei potẽtia ineſſe cum ens non eſt. Non enim erit proprium quod poſitum eſt eſſe proprium: vt quia qui dixit aeris proprium reſpirabile, potentia quidem aſſignauit propriũ (nam tale propriũ vt reſpirari poſſit, reſpirabile eſt:) aſſignauit autẽ & ad non eſſe proprium: nam & cũ non eſt animal quod ſpirare natum ex aere, contingit aerem
I eſſe, non tñ cum non eſt animal, poſſibile eſt ſpirare: quare neq; aeris erit proprium huiuſmodi poſſibile reſpirari tũc, quia animal non erit quod tale eſt vt reſpirare poſſit: nõ ergo erit aeris proprium reſpirabile. Conſtruẽti autẽ, ſi potentia aſſignãs proprium, tã ad ens aſſignauit proprium, q̃ ad non ens, cum contingat potentia non enti ineſſe. Erit enim proprium quod poſitum eſt, non eſſe proprium: vt quia qui aſſignauit proprium, entis poſſibile pati, aut facere
K potentia aſſignans proprium, ad ens aſſignauit proprium (nã cum ens eſt, & poſſibile pati qd, aut facere erit) quare proprium erit entis poſſibile pati qd, aut facere. Deinde deſtruenti quidem, ſi per ſuperabundantiam poſuit proprium. Nõ erit enim proprium quod poſitum eſt eſſe proprium: accidit enim ſic aſſignantibus proprium, non de quo orationem, & nomen verificari: nam corrupta re, nihil mi
L nus erit oratio: nam eorum, quę ſunt, alicui maxime ineſt: vt ſi quis aſſignet ignis proprium, corpus leuiſſimum: corrupto enim igne, erit aliquod corporũ quod leuiſſimum erit: quare nõ erit ignis proprium, corpus leuiſſimum. Conſtruenti autem, ſi non per ſuperabundantiam poſuit proprium. Erit enim ſecundum hoc bene poſitum proprium: vt quia qui poſuit hominis proprium animal manſuetum natura, non ſuperabundan
M tia aſſignauit propriũ: erit vtiq; ſm hoc bene poſitũ proprium.

101. locus Declatio.

Sermo de Locis ſumptis ab Oppoſitis, Simili, ab eo quod eſt Magis, & Minus, & Aequale, a Caſibus, & Coniugatis, & a Generatione, & Corruptione. Cap. 3.

PRimus itaq; illorum ſumit a contrario. Deſtruens quidẽ cõſiderat, q̃, ſi proprii contrarium nõ eſt proprium contrariæ rei, cui⁹ eſt illud proprium quod poſitũ eſt proprium

Locus. 1. qui eſt 60. & 61. in Ariſt.

A prium,non eſſet proprium. v.g. qa niſi iuſtitiæ propriũ ſit eſſe laudabi liſſimã,non eſſet proprium iniuſtitiæ eſſe turpiſſimam. Conſtruẽs aũt eſt,ſi contrarium proprij ſit ꝓpriũ contrario,rei,cuius eſt illud ꝓpriũ, id quod poſitũ eſt propriũ, eſt proprium. v.g. ſi boni proprium ſit eſſe appetibile, mali proprium eſt eſſe abhorribile.

Locus. 2. qui eſt. 62 &. 63. Secundus locus eſt a relatiuo. Deſtruẽs quidem conſiderat,ſi relatiua proprij non ſint propria relatiuis illius,cuius eſt proprium, illud propriũ non eſt proprium. v.g. niſi ſuperans ſit dupli propriũ,ſuperatum

B non eſt medij propriũ. Conſtruens vero cõſidera, ſi ꝓprij relatiua ſint propria relatiuorum illius, cui⁹ eſt illud proprium, ſic illud proprium eſt propriũ. gr̃a exempli,ſi dupli ꝓprium ſit,qđ ſit proportione duorũ ad vnum,medij propriũ eſt, qđ ſit proportione vnius ad duo.

Locus 3. qui ẽ. 64 & 65. Tertius locus eſt ab habitu,& priuatione. Deſtruens quidẽ eſt,ſi proprium,qđ dr̃ ſm habitum,non ſit ꝓprium illi⁹,quod dr̃ ſm habitũ. hoc eſt,quod ſignificat habitus noĩe, id quod ſignificat priuationis noĩe,nõ eſt proprium illius, quod dr̃ priuati

C ue,i. quod ſignificat priuationis nomine. Et ſi quod dr̃ priuatiue nõ ſit proprium priuationis, quod dr̃ ſm habitum non eſt propriũ illius, qđ dr̃ ſm habitum. v.g. ex quo priuatio ſenſus non eſt proprium ſurditatis, nec ſenſus eſt proprium audit⁹. Cõſtruens autem eſt, ſi quod poſitiue dr̃ ſit proprium illius, quod poſitiue dr̃, quod priuatiue dr̃ eſt ꝓpriũ illius quod priuatiue dr̃, & ſi quod priuatiue dicit̃ ſit proprium illius, quod priuatiue dicitur, id quod poſitiue dicitur eſt proprium illius, qđ poſitiue dicitur. v.g. ſi videntis proprium ſit videre, cæci proprium eſt non videre. D

Quart⁹ locus eſt, ab affirmatiua, & negatiua: & huic loco ſubſunt tria loca. Primo quidem, ꝙ conſiderentur illorum illationes ſm modũ cõuerſionis, qñ. n. affirmatiua fuerit proprium alicuius rei, negatiua nõ eſt proprium illius v.g. ſi hoĩs proprium ſit eſſe riſibile, non ſit eius ꝓprium non eſſe riſibile: & veriſimile eſt hunc non eſſe locum. Secundus aũt locus ab illatione recte. Deſtruens quidem conſideret, ſi enuntiatio, quæ affirmat prædicatum, nõ E ſit proprium enuntiationis, quæ affirmat ſubiectum: nam quod negat prædicatum, non eſt proprium illi⁹ quod negat ſubiectum. Et contra hoc etiam. v.g. ex quo dicere, ꝙ id, quod eſt aĩal, non eſt proprium illillius, quod eſt homo, dicere id, qđ non eſt animal non eſt proprium illius, quod non eſt homo. Et ſi r̃, ex quo dicere, ꝙ id, quod non eſt animal, non ſit proprium illius, quod non eſt homo, illud, quod eſt aĩal, nõ eſt proprium illius, quod eſt homo. Tertius autẽ locus eſt. Deſtruẽs quidem cõſideret, ſi quod affirmat F prædicatum ſit proprium illius, qđ affirmat ſubiectum, nam non fit, qđ affirmat prædicatum, proprium illius, quod negat ſubiectum. verbi g. ſi animalis proprium ſit trãſpirare, non animalis non fit proprium trã ſpirare. dicere. n. tranſpirare, qñ eſt proprium illius, quod eſt dicere, ꝙ ſit animal, non fit propriũ negationis, q̃ eſt dicere, ꝙ nõ ſit aĩal. Conſtruẽs vero conſideret, ſi affirmatiua nõ ſit ꝓpriũ affirmatiuæ, illud ꝓ-

Loc⁹. 4. q. ẽ. 66. 67. 68. 69. & 70.

prium

G prium negatiuæ.v.gr. ſi vegetabile non ſit proprium mineralis,nõ vegetabile ſit proprium mineralis:hic autem locus eſt mendax:affirmatiua enim non eſt proprium negatiuæ,immo non ineſt affirmatiua negatiuæ,niſi inquantum negatio nõ e abſolute negatio,ſed ſignificat aliquam ſpecierum priuationis,ſed negatiua aliqñ ineſt affirmatiuæ, ſed inquantum negatio non eſt abſolute negatio,ipſa tñ nõ eſt ei propriũ ex parte,qua eſt abſolute negatio.

Locus.5. qui eſt 71 H Quintus locus affinis eſt, ꝙ numeretur in contrarijs: & eſt ſumpt⁹ ex ſpeciebus,in quas diuiditur gen⁹ ſecundum ſimile oppoſitionis. qñ.n. diuiſerimus genus in duas ſpẽs oppoſitas,& diuiſerimus ẽt illud ĩ duo euenta oppoſita, aut plura fuerint euenta, & nulla partium euentorũ fuerit proprium alterius partis illarum ſpecierũ, nec alterum euentũ eſt,ꝑ priũ alterius ſpẽi.v.g. quia nõ ẽ propriũ mortalis moueri, ex quo orbes cœleſtes mouent, & ſunt immortales: quare non ſit proprium animalis immortalis. Conſtructio autem ſit contra hoc.

Locus.6. qui eſt 72 I Sextus locus numeratur etiã hic, & eſt,qñ fuerint duæ res in duobus differentibus ſubiectis:& de illis prędicatur vna res communis,& perinde hæc res vniuerſalis ſit proprium vnius harum duarum rerum,quando adijcitur conditio, illã ineſſe ſubiecto huius rei: ſicq; illa ſit propriũ illius alterius rei, qñ iterum adiicit cõditio,illam ineſſe illius ſubiecto. v.g.ex quo prudentia & continentia ſunt duæ partes animæ,in duobus differentibus ſubiectis,prudentia enim eſt in parte rationali,& cõtinentia in parte concupiſcibili, & virt⁹ eſt res vniuerſalis, q̃ ineſt vtriq; K que,& perinde prudẽtiæ proprium eſt eſſe virtutem in parte rationali, ac continentiæ proprium eſt eẽ virtutẽ in parte concupiſcibili. Et Arii. ait ꝙ hic locus eſt ſcientificus.

Locus.73. 74.75.& 76.i Ariſ. Locus autem ſumptus a caſibus, & coniugatis eſt, qñ conſideramus ſi exemplare primitiuũ non ſit proprium exemplaris primitiui, nec denominatiuum ſit proprium denominatiui.exempli gratia, niſi iuſtitiæ proprium ſit eſſe ſm inſtitutionem, non eſt iuſti proprium eſſe inſtituentem.& ſi'r conſideret in caſibus,ſed non inuenitur in idiomate Arabico. Et aliqñ etiam conſiderandum eſt a coniugatis oppoſitorum.v.g.quia niſi iuſti propriũ ſit, ꝙ ipſe inſtituat id iuſtitiæ, quo denominatur,& ex eius animo eſt ſibi coaptatum,non eſſet iniuſtitiæ proprium ꝙ id iniuſtitiæ,quo denominatur,inſit illi præter naturam,hoc eſt ex inſtitutione. Conſtruens aũt conſiderare hẽt huius loci cõtrariũ. L

Locus.77 73 & 79 in Ariſt. Locus autem a ſimili proportionaliter. Deſtruens quidem conſiderat ſi vnum duorum propriorũ ſimilium non ſit propriũ vnius duarum rerum ſimilium, nec alterum M eſt proprium alterius. Gratia exempli,quia proportio ædificãtis ad domificationẽ eſt ſicut proportio medici ad ſanationem,& ędificantis nõ eſt proprium ipſa domificatio, ſic nec medico proprium eſt ipſa ſanatio. Conſtruens autem conſiderat, ſi vnum duorum propriorum ſimilium ſit proprium vnius duarũ rerum ſimilium,alterum eſt propriũ alterius. vt v.g.quia ex quo proportio medici ad ſanationem, eſt ſicut proportio exercitij ad corporis trã

quil-

Aquillitatem, & propriũ exercitij eſt corporis tranquillitas, ſic & medici proprium eſt ipſa ſanatio.

Locus. 82. 83. & 84. in Ariſt.

Locus autem ſumptus a generatione & corruptione eſt, ꝙ id, quod dicitur iam genitum & completum eſſe, non ſit proprium illius, quod iã genitum & completũ eſt, nec illud, quod eſt in generationis via, eſt ꝓprium illius, quod eſt in generationis via. v. g. quia non eſt proprium hominis, ꝙ ſit animal, non eſt proprium hominis qui generatur, ꝙ generetur animal. Et ſm hoc exemplum conſideret, quid ſit ĩter quod
B corruptum eſt, & quod eſt in via ad corruptionem. Et ſiſr iterum conſideret corruptum cum genito hoc modo: gratia exempli, quia non eſt proprium hominis geniri ꝙ ſit animal, nec eſt proprium hominis corrupti corruptio animalitatis ab eo. Conſtruens autem cõſideret his locis contrarium huius. Gratia exempli, quia ex quo proprium hominis geniti eſt eſſe loquentem, ſic & hominis corrupti proprium eſt, ab eo corrumpi elocutionem: & hic locus eſt ſcientificus.

Et loca ſumpta ab eo quod ẽ ma
Loca, q̃ re
C gis, & minus & æquale, primo quidem deſtruens conſyderet, ſi quod
ſtant ĩ Ari magis nõ ſit proprium illius quod
ſto. ex li. 5 magis, hoc eſt, id, quo prædicatũ denominatur per exceſſum, nõ ſit ꝓprium illius, quo ſubiectum denoĩatur per exceſſum. Sic nec quod dicitur ſm minus, eſt propriũ illius qđ dr̃ ſm minus, neq; quod dicitur ſimpliciter, eſt proprium illius qđ dicit̃ ſimpl̃r. Exẽpli gratia, quia ex quo non eſt quod dicimus magis generari proprium illius, quod eſt magis corporari: nec dicimus quod eſt minus generati proprium illius, qđ D
eſt minus corporari, nec quod eſt genitum ſimpl̃r proprium illius, qđ eſt corpus ſimpl̃r. Conſtruens vero conſiderat, ꝙ, ſi quod ſm magis dr̃ ſit proprium illius, quod dr̃ ſm magis, ſic, quod ſm minus dr̃, eſt proprium illius, quod dr̃ ſm minus, & quod dr̃ ſimpl̃r, eſt proprium illius, quod dr̃ ſimpl̃r. v. gr. quia ſi diceremus ꝙ id, quod eſt magis ſenſus, ſit proprium illius, quod eſt magis corpus, ſic illud quod eſt minus ſenſus eſt proprium illius quod eſt minus corpus, & ſiſr quod eſt ſenſus ſimpliciter, eſt proprium illius quod ẽ cor E
pus ſimpl̃r. Et ſicut conſideraui ab eo quod dicitur ſm magis, ad id quod dr̃ ſm minus, aut ad ſimpl̃r, ſic poſſe eſſet cõſiderare ab eo quod eſt ſimpl̃r, ad id, quod eſt ſm magis aut ſm minus. Deſtruẽs quidem, ſi quod dr̃ ſimpl̃r, non ſit proprium illius, quod dr̃ ſimpl̃r, nec quod dicitur ſm magis, eſt proprium illius, quod dr̃ ſm magis, neq; quod dicit̃ ſm minus, eſt proprium illius quod dicit̃ ſm minus. Exempli gratia, qa ex quo non eſt homini propriũ eẽ zelotipum, nec eſt proprium illius, quod eſt magis homo, ꝙ ſit magis F
zelotipus, neq; illius quod eſt min⁹ homo, ꝙ ſit minus zelotipus. Conſtruens autem conſiderat huius cõtrarium, ſi quod ſimpl̃r dr̃ ſit proprium illius quod dicitur ſimpliciter, quod dr̃ ſm magis, eſt ꝓpriũ illius, quod dr̃ ſm magis, & illud qđ dicitur ſm minus, eſt proprium illius, quod dicitur ſm minus. vt v. g. quia ignis ſimpliciter proprium eſt ipſum ferri ſurſum ſimpliciter, ſic proprium illius, qđ eſt magis ſigneũ eſt ferri magis ſurſum, & illius qđ

eſt

G est minus igneum, ferri minus sursum. Aut secũdo cõsiderat destruẽs si fuerit res, quæ dicatur esse ꝓpriũ alicuius rei magis q̃ dicatur de alia re, ꝙ sit propriũ alicui' rei, & perinde quæ dicitur magis eẽ proprium non sit proprium, nec quod dicitur minus, est proprium. v. gr. si sensus fuerit proprium animalis magis q̃ sit disciplina proprium hominis. Destruens autem incipit a loco minoris. Si illud sit proprium sic, & quod dr̃ magis est proprium. Et hic quidem loc' proportionat duas res duabus rebus, & est qui præhabitus
H est in locis accidentis. Tertio vero destruens considerat, si aliqua res sit magis proprium, q̃ sit alteri rei, & illius cuius prius fuisset propriũ nõ sit proprium, nec est proprium illi' cuius minus: gratia exempli, ex quo color dignior est esse proprium superficiei, q̃ corporis proprium, sic si nõ est proprium superficiei, nec est proprium corpori. Constituens vero non recipit iuuamẽ de hoc loco, quia non inuenitur vna res, quæ sit proprium duarum rerum: hic autẽ comparat vnam rem duabus rebus.
Et quarto destruens considerat, si
B Vt bonũ, quod per viſum, aut per auditum delectabile, & ens, quod poſsibile eſt pati, aut facere: ſimul enim idem & bonũ, & non bonũ eſt: ſiliꝝ autem & ens, & non ens: nam per auditum delectabile, idem bono erit: quare quod non delectabile eſt per auditum, non bono idem: nam eiſdem & oppoſita eadẽ erunt: opponitur autẽ bono quidem non bonũ, per auditum autem delectabili, per auditum non delectabile: manifeſtum igitur, qm̃ idẽ non delectabile per auditũ, non bono: ſi igitur aliquid eſt per viſum quidem delectabile, per auditum autem non, & bonum, & non bonum erit: ſimiliter autem oſtendemus qm̃ idem ens, & nõ ens eſt. Amplius, & generibus, & differentijs, & alijs omnibus, quæ in definitionibus ſunt aſsignatis, eis, qui orationes pro nominibus faciunt, conſiderandũ, ſi quicquam diſſonet. Si autem ſit ad aliquid quod definit, aut per ſe, aut ſm genus: conſiderandum ſi non dictũ eſt in definitione ad quod dicit, aut ſm ipſum, aut ſm genus. Vt ſi ſcientiã definiuit opinionẽ indiſſuaſibilem, aut etiã voluntatẽ, appetitũ ſine triſtitia: omnis enim eius, quod eſt ad aliquid, ſubſtantia ad alterum, eo q̃ idẽ ſit vnicuiq; eorũ quæ ſunt ad aliquid eẽ, idipſum quod ẽ ad aliquid quodãmodo ſe habere: oportebat igit ſcientiã dicere opinionẽ ſcibilis, & volũtatem appetitũ boni. Similiter aũt & ſi grammaticen definiuit ſcientiam literarum: oportebat enim aut ad quod ipſum dicit, aut ad quod forte genus dicitur, in definitione aſsignari. Aut ſi cũm quippiam ad aliquid dicit, non aſsignauit ad finẽ. Finis aũt in vnoquoq; eſt quod optimũ eſt, aut cuius gratia alia ſunt: dicendũ igitur aut optimum aut vltimũ, vt concupiſcentiam nõ delectabilis, ſed delectationis: nã propter hanc, & delectabile eligimus. Conſiderãdum & ſi generatio eſt ad quod aſsignauit, vel actus. Nihil enim talium finis: nã magis quod eſt egiſſe, & generaſſe finis, q̃ fieri & agere.

D

E

57. Locus. Declatio.

58. Locus. Declatio.

F

Dubitatio

An nõ in oĩbus verum hmõi: pene enim plurimi delectari magis volunt, q̃ deſtitiſſe delectari: quare agere magis finem quis ſtatuat, q̃ egiſſe. Rurſum, ĩ quibuſdã ſi non determinauit quanti, vel qualis, vel vbi, vel ſecundum alias dr̃ias. Vt ambitioſus, & qualis, & quanti appetens eſt honoris:

59. Locus. Declatio.

55. Locus. Declatio.

56. Locus. Declatio.

G honoris: nam oēs appetūt hono
rem: quare non ſufficit ambitio
ſum dicere, qui appetet honorē,
ſed addere oportēt dictas dr̄ias.
ſil̄r autem & auarus quantas ap
petit pecunias, aut intemperās,
circa quales voluptates: non.n.
qui à qualibet voluptate tenet̄,
intemperans dicit̄, ſed qui ab ali
qua. Aut rurſum qui definiuit
noctē, vmbram terrę, aut ſuccuſ
ſionē, motum terræ, aut nubem,
denſitatē aeris, aut ventū, motū
aeris: addendum enim quāti, &
H qualis, vbi, & à quo. Sil̄r autem
& in cęteris huiuſmodi: nā omit
tens dr̄iam quālibet, non dicit
quid eſt eſſe: oportet aūt ſemper
ad id quo indiget, argumentari:
non enim quolibet modo terra
mota, neq; quantacunq; ſucceſ-
ſio erit: ſil̄r autem neq; aere quo
libet modo, neq; quantocunq;
60. Locus. Declatio. modo, ventus erit. Amplius, in
appetitibus, ſi nō apponit̄ quod
apparet, & in quibuslibet alīs
congruit. Vt qm̄ voluntas appe
I titus boni, cōcupiſcentia autem
appetitus delectationis, ſed non
apparentis boni, vel delectatio-
nis: plerunq; enim latet appeten
tes, qm̄ bonū, aut delectabile eſt,
quare non neceſſariū bonū, vel
delectabile eſſe, ſed apparens ſo-
lum: oportebat ergo ſic & aſsi-
gnationem facere. Si aūt & aſsi
61. Locus. Declatio. gnauit quod dictum eſt, in ipſas
ſpēs ducendum eum, qui ponit
ideas eſſe. Non enim ē idea illius
apparentis, ipſa autem ſpēs ad
ipſam ſpeciē videt̄ dici, vt ipſa
concupiſcentia ipſius delectatio K
nis, & ipſa volūtas ipſius boni.
Apparentis igitur boni non erit
ipſa voluntas, neq; apparētis de
lectationis ipſa concupiſcentia:
abſurdū enim eſt eſſe ipſum ap-
parens bonum, vel delectabile.

Amplius, ſi ſit quidem habitus 62. Locus. Declatio.
definitio, cōſiderandū in haben
te, ſi quidē habentis, in habitu:
ſimiliter aūt, & in cęteris talib⁹.
Vt ſi delectatio eſt iuuātia, & de
lectabile iuuabile. Vniuerſaliter 63. Locus. Declatio.
aūt dicendo in hmōi definitio-
nibus quodammodo, vno plura L
accidit eū qui definit definire.
Nam qui ſcientiā definiu it, quo
dammodo & ignorantiā defini-
uit: ſil̄r aūt, & ſcium & inſcium,
& ſcire & ignorare: nā, primo di
lucido facto, & reliqua quodam
modo dilucida fiunt. Inſpicien-
dum igitur in oībus talibus, ne
quicquā diſſonet, vtendo elemē
tis ex contrarīs, & coniugatis.
Amplius, in his, quę ad aliquid
ſunt, cōſiderandū ſi ad quod ge-
nus aſsignatur, & ſpēs ad illud M
quoddā aſsignat̄. Vt ſi opinio 64. Locus declatio.
ad opinatū, & quædam opinio
ad quoddam opinatū: & ſi mul-
tiplex ad ſubmultiplex, & quod
dam multiplex ad quoddā ſub-
multiplex: ſi aūt non ſic aſsigna
tur, manifeſtum qm̄ peccatur.
Videndum autē, & ſi oppoſitio 65. Locus. Declatio.
oppoſita definitio. Vt ſi dimidī
ea ſit, quæ oppoſita eſt ei, quę eſt
duplicis: nā, ſi duplex eſt quod
in æquali ſuperat dimidiū, & di
midiū, quod in æquali ſuperat.

In

A In contrarñs autem ſiſr. Nam
66. Locus. Declatio. contraria cõtrarñ oratio erit, ſm vnã quandam complexionẽ cõ trariorum: vt ſi adiutiuum quidem effectiuũ boni eſt, nociuũ effectiuum mali, aut corruptiuũ boni: alterũ enim horum neceſſarium eſt cõtrariũ eſſe ei, quod ex principio dictum eſt: ſi igitur neutrũ contrariũ eſt ei, quod ex principio dictũ eſt, manifeſtum qm̃ neutra erit earum (quæ poſterius aſsignatę) cõtrarñ oratio,
B quare neq; quæ ex principio aſſignata ẽ definitio recte aſsignata eſt. Qm̃ autem quædam contrariorũ priuatione alterius dicuntur. vt inęqualitas priuatio æqualitatis vr̃ eſſe. inæqualia enim quæ non æqualia ſunt dicunt: perſpicuum, qm̃ quod ſm priuationem quidem dicitur cõ trarium, neceſſarium eſt definire per alterũ: reliquum vero non iam oportet, per id quod ſm priuationem dicitur. non enim accidit alterutrum per alterutrum
C cognoſci. conſiderandum igitur in cõtrarñs hmõi peccatum. Vt ſi quis definiuit æqualitatẽ, contrarium inæqualitati: nã p̃ hoc, quod ſm priuationem dr̃, definiuit. Amplius, ſic definientem
67. Locus Declatio. neceſſe eſt eo, quod definit vti. Patet aũt hoc, ſi accipiatur pro noſe oratio: nam, quia nil refert dicere inæqualitatẽ priuationẽ æqualitatis, erit æqualitas cõtrariũ priuationi æqualitatis, qua-
68. Locus. Declatio. re eodem erit vſus. Si autẽ neutrum contrariorũ ſm priuatio-
D nem dicatur, aſsignetur aũt oratio ſiſr, vt bonum contrariũ malo, manifeſtum, qm̃ malum contrarium bono erit, nam ſic contrariorum ſiſr oratio aſsignãda: quare rurſum eo quod definitur accidit vti: ineſt enim ĩ mali oratione bonũ, quocirca qm̃ bonũ eſt malo contrariũ: malum autẽ nihil differt, vel quod eſt bono contrariũ, erit bonum cõtrariũ, boni contrario: perſpicuum igit qm̃ eodem vſus eſt. Amplius, ſi 69. Locus Declatio.
E quod ſm priuationem dr̃ aſsignans, non aſsignauit cuius eſt priuatio. Vt habitus, aut contrarñ, aut cuiuſcunq; eſt priuatio.

Et ſi non in quo natum eſt fieri 70. Locus Declatio. addidit, vel ſimplr, vel in quo primo natum eſt fieri. Vt ſi ignorantiam dicens priuationẽ, non ſciæ priuationẽ dixit, aut ſi non addidit in quo natũ eſt fieri, aut addens non in quo primo aſsignauit, vt quod nõ in rõnali, ſed in hoſe, vel in aĩa: nam, ſi quodlibet horũ omittat, peccauit. Siſr
F autẽ, & ſi cæcitatem non viſus priuationẽ in oculo dixit: oportet aũt bene aſsignantẽ quid eſt, & cuius ẽ priuatio aſsignare, & quidnã eſt quod priuatum eſt. 71. Locus. Declatio.

Videndum aũt, & ſi nõ ſm priuationẽ dictum, priuatione definiuit. Vt & in ignorãtia videbit eſſe hmõi peccatum ñs, qui non ſm negationem ignorantiam dicunt: nam quod non habet ſcientiam, non videtur ignorare, ſed magis quod deceptũ eſt, ꝓpter qđ neq; inanimata, neq; pueros

G dicimus ignorare: quare non ſecundū priuationē ſcientiæ ignorantia dicitur. Amplius, ſi ſimilibus nominis caſib⁹ ſimiles orationis caſus captantur. Vt ſi adiutiuum eſt effectiuū ſanitatis, adiutiua eſt ſanitatis effectiua, & adiuuans efficiens ſanitatem.

72. Locus. Declatio.

Conſiderandum & in idea, ſi aptabitur dictus termin⁹. Nam in quibuſdā non accidit: vt quē admodum Plato definiuit, mortale addens in animaliū definitionibus. idea enim nō erit mortalis, vt ipſe hō: quare non aptabitur ad ideā definitio. Simpliciter autē in quibus apponitur

H

effectiuum, aut paſsiuum, neceſſe eſt diſſonare in idea terminū: nam impaſsiles, & immobiles vident eſſe ideæ ñs, qui dicunt ideas eſſe: aduerſum hos autem, & tales orationes vtiles ſunt.

Amplius, ſi eorū, quæ ſm ęquiuocationem dicuntur, vnam definitionem omnium cōem aſsignauit. Vniuoca enim, quorum vna eſt ſm nomen oratio: quare

73. Locus. Declatio.

I

nullius eorum, quę ſub nomine ſunt, aſsignatus eſt terminus, eo ꝙ ſimiliter ad omne æquiuocū adaptatur. Paſſus aūt hoc eſt & Dionyſii vitæ terminus: ſiquidem ea mot⁹ eſt generi nutriendi naturaliter inſeruiens: nihil enim hoc magis animalibus q̄ plantis ineſt: vita autem nō ſm vnam ſpeciem videtur dici, ſed altera quidem animalibus, altera plantis ineſt: contingit igitur & ſm electionem ſic aſsignare terminum, ac ſi vniuoca & ſm vnā ſpeciem omnis uita diceret. Nihil aūt prohibet & eum, qui conſpicit æquiuocationē, & alterius vult definitionē aſsignare: latere non propriā, ſed cōem vtriſq; orationem aſsignare. ſed nihil minus ſi vtrouis modo fecerit, peccauit. Poſtq̄ aūt quædam latent æquiuocorū, interroganti quidem vt vniuocis vtendum. Nam non adaptabitur alterius terminus ad alterum: quare videbitur non diſtinguendū

K

74. Locus Declatio.

L

hoc pacto, oportet enim in oē, vniuocū adaptari: eidem aūt reſpondenti, diſtinguendum eſt.

Quoniam aūt quidam reſpondentium vniuocum quidem dicunt eſſe æquiuocum, quando non accommodatur ad omne aſſignata oratio: æquiuocū autem vniuocū, etiā ſi ad vtrunq; accōmodetur: præ confeſsione vtendum pro talibus, aut præcolligēdum, ꝙ æquiuocum, vel vniuocum, aut vtrunq; fuerit. Magis enim concedunt non præuidentes, quod futurū eſt vt accidat.

75. Locus. Declatio.

M

Si aūt non facta confeſsione dixerit aliquis vniuocū æquiuocum eſſe, eo ꝙ non accommodatur, & in hoc aſsignata oratio: conſiderandū ſi huius oratio accommodat et ad reliqua. Nam manifeſtum, qñ vniuocum erit reliquis: ſi aūt non, plures erunt definitiones reliquis: nam quæ ſm nomen orationes accommodabūtur ad eandem, quæ prior aſsignata eſt, & quæ poſterior.

76. Locus Declatio.

Rurſum,

A 77. Locus Declatio.

Rursum, si quis definiens aliquid eorũ quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accõmodatur ad oĩa, & quia æquiuocũ esse non concedat, nomen etiam dicat non ad oĩa accommodari, qm̃ nec oratio, dicendũ ad eiusmodi, ꝙ nominatione quidem oportet vti, quę tradita est, & q̃ sequit̃, & non dimouere quæ talia sunt, tametsi nonnulla dicenda non sint sibi multitudini.

De locis sumptis ex Differentijs.

Cap. 2.

B Loca 1 Aristo. 28. 29 30. 31. & 32.

LOcorum vero sumptorũ ex differentijs habent quatuor bases. Quarũ vna est, ꝙ dria prædicet in eo ꝙ qualis res sit. Secunda, ꝙ driæ sit vnum aut plusquã vnum oppositum, quibus genus diuidat prima diuisione, prout diuiditur aĩal in progressiuum, volatile, & natãs, & vnũquodq; illorum qm̃ connectitur generi, constituit speciẽ. de conditionibus aũt oppositi ipsius driæ est, ꝙ non sit oppositũ negatiue sensibiliter, qm̃ enim negatio connectit genẽri non cõstituit speciẽ: nisi negatio sit virtutis priuationis. Tertia autẽ C est, ꝙ dria non sit his, quæ sunt per accidens, prout est qui definiret equũ, ꝙ sit aĩal currens: qm̃ itaq; considerant significata horum trium locorum comperiunt reliqua loca drię, quæ retulit, reducibilia ad hæc illa.

Locus primus, q in Ari. est. 33

Quorum primus locus est, ꝙ sumant species pro differentia, vt qui definiret contentum, ꝙ sit maledictio cũ spretu: spretus enim est quędam species maledictionis.

Locus. 2. qui ẽ. 34.

Et secundus ipsorum locus est, ꝙ sumatur genus pro dria, vt qui definiret sonum, ꝙ sit aer cum percussione: percussio enim est soni genus. D sophisma autem huius loci & præcedentis est, quia in illis dria non prædicaretur in eo ꝙ qualis res sit.

Et ipsorum est tertius locus, ꝙ dria prædicetur vt genus. Et huius loci sophisma est, quia genus prędicatur de pluribus q̃ prædicetur differentia: dria itaq; iterum non prædicaretur in eo ꝙ qualis res sit. Locus. 3. qui est. 36

Et ipsorũ est quartus locus, ꝙ cõsideremus, si genus prædicetur de differentia, nõ est dria: genus enim prędicatur de quibus prædicantur differentiæ, & nõ est dria: quare ipsum & dria sunt ipsa species. v. g. quia animal prædicatur de homine & boue & reliquis animalibus, & non prędicatur de illorum differẽtijs, ex quo illas significaret noĩe non denominatiue: non enim est verũ dicere, ꝙ rationalitas sit animal, quia si aĩal prædicaret de singulis differentijs, ipsæ eædem spẽs prædicarentur de ipsissimet speciebus, aut essent alia animalia q̃ illa animalia, in quę diuidit ipsum animal, quæ prædicarentur de speciebus animalis, ex quo genus prædicatur de ipsis speciebus. Locus. 4. q est. 37. & 38. E

Et de illis est quintus locus, ꝙ species, aut aliqua res, quę subest speciei prædicetur de differẽtia: dria enim aut prædicatur de pluribus q̃ prædicetur species, aut illi æqualis: si autẽ sit vniuersalior non prædicatur de illa, & si sit æqualis, oportet, ꝙ differentia sit species. Et huius loci corruptela est, quia differentia sumeret ab eo quod est accidentaliter. Locus. 5. qui ẽ. 39. F

Et de illis est sextus locus, ꝙ dria nõ sit exiens à genere. Et huius quidem significatũ est, ꝙ sit vna generis dria nota in cõitate generis, cuius sumpta est differentia: hoc autẽ fit, Locus. 6. q est. 41.

G quando duo genera, in quibus inuenitur ipsa dria, non ascendunt in vnū idem prædicamentum, qm̄ non esset impossibile esse vnam differētiā duorum generum, quorum vnum ambiat alterum, sed ascendunt in vnū genus, vt bipes, quæ est differentia ꝓgressiui, & volatilis, quæ sunt duo genera, quorum vnū non continet alterum, sed ambo sunt sub vno genere, quod est ipsum animal.

Locus. 7. qui est. 42. Et de illis est septimus locus, s. ꝙ complementum driæ substantiæ sit de illis, quæ dicuntur in subiecto qđ H est ipsum accidēs, vt qui sumeret differentias specierum animalis & speciem temporis & loci, & si verum sit de quibusdam speciebus substantiarum ꝙ in sua definitione sumantur driæ accidentales: hoc autē fit, quando fuerint nimis propinquæ suis veris differentijs, & significent illas, & fiant vice illarum, qm̄ veræ drię non patēt de illis, vt qui in diuisione animalis vtitur, ꝙ quoddā sit terrestre, & quoddam aquaticum: talia enim accidentia constituuntur ꝓ suas veras drias. de hoc autem iam dictum est in lib. Posteriorū analyticorum.

Locus. 8. qui est. 43. Et de illis ē octauus locus, s. ꝙ passio sumatur pro dria, vt qui definiret hominē ꝙ sit animal et ubescēs: I affectus enim quādo intenditur educit rem ab eius essentia: differentiæ autē conditionis est conseruare speciem, non ꝙ per ipsam reddatur varia & transferatur eius natura, prout accidit de ipso sensu.

Locus. 9. q est. 40. Nonus locus est, quòd differētia nō sit prior specie, expedit enim differentiam esse posteriorem genere, & priorem specie.

Locus 10. q est. 44. Decimus locus est, ꝙ dria relationis nō esset relationis. expedit enim relationis driam esse relationis, vt q̄ K diuidit scientiam, qm̄ quædam sit theorica & quædam practica. Et oīa hæc tria loca, s. octauus, nonus, & decimus reducunt ad sextum locū, s. ꝙ in ipsis dria sit posita extra ipsum genus. Et ideo videtur ꝙ hic locus sit quartus locus basium trium quas tetulimus: hæc itaq; est summa locorum, quæ fiunt de ipsis differentijs, & omnia sunt demonstratiua.

Post hæc autem expedit nobis loqui de errore cadēte in definitiones fm se totas: & oēs species huius erroris, vt Themistius ait, ascendunt aut ad superadditionem, aut ad ipsum L defectū, & hinc incipiamus de locis erroris cadentis in definitiones, quę sunt singulorum prædicamentorū.

Loca itaq; propria prædicamento substātiæ sunt duo loca: quorū vnus est, qui præpositus est in locis differētiarum, s. ꝙ driæ complementum esset de his, quæ dicuntur in subiecto: substantiæ enim dria est substantia: secundus locus est, si fuerit dria definiti quoduis duorum contrariorū, quæ recipiat ipsum genus essentialr vno simili modo, illa non est conuenienter definitio: neutrū enim duorum contrariorum prius est inesse M subiecto, q̄ alterum cōtrarium. v.g. qui definiret animam, ꝙ sit substantia recipiens scientiam, nō est prior illo, qui eam definiret per receptionem inscitię: & fm hoc rei essent plures definitiones, q̄ vna: perfecta autē definitio est definitio vna.

Et relationis sunt tria loca, quoꝝ vnus est, ꝙ sumatur in relatiuæ rei definitione id, ad quod hæc res dicit comparatiue essentialiter, non accidentaliter. non est enim modus cōpleméti definitionis relatiui, nisi in ea

Loca Aristo. 45. 46 & 47.

A ea contineantur res, in cõparatione quarũ ipſa res dicitur. vt v.g. qui definierit ſcientiã ꝙ ſit opinio inuariabilis aſſertionis de rebus, quæ ſunt ſemp vno ſimili modo, iam compleuit ſcĩæ definitionem, ſi aũt deieciſſet inde id, quod dixit de rebus, quæ ſunt ſemp vno ſimili modo, eſſet imperfecta, qñ itaq; non fit in relatiui definitione id, cui refert, non complet illius definitio, & ſiſt qui faceret id, quod illi refertur accidentaliter. exẽpli gratia, qui definierit medicinam, ꝙ ſit ſcĩa illius, quod eſt in corpore: nã in corpore ſunt multæ res,
B quas Medicus conſideraret accidentaliter, ſicut eſt nigredo & albedo, & cætera: ſi aũt definiui ſſet, ꝙ ſit ſcientia ſanitatis & ægritudinis, iam compleuiſſet definitionem, prout expediens erat. Secũdus aũt locus eſt, ꝙ protuliſſet in definitione, quod refert ſecundo, non primo: expedit. n. in relatiui definitione contineri, qđ ei refertur p ſe primo. Exemplũ illi⁹ eſt, qui definierit p relationẽ illius, quod illi, quod refert ſecundo, non primo, vt qui definierit appetitũ ꝙ ſit deſideriũ voluptatis: eſt enim vo
luptatis deſideriũ, quia eſt deſideriũ
C ſuauitatis, & eſt ſuauitatis deſideriũ, quia ſit deſideriũ ipſius ſuauis ſecũdo, & ipſum eſſe deſideriũ ſuauitatis eſt primo. Tertius aũt locus eſt, ꝙ expediat conſiderare, ꝙ, ſi genus relatiuum oporteat ꝙ ſua definitione perficiat genus ſibi oppoſitũ⁹, ſpecies, quę huic generi relatiuo ſubeſt, dicat in comparatione ſpeciei, quæ ſubeſt generi correlatiuo. v.g. ſi opinionis definitio compleatur p rem opinabilem, oportet ſcientiæ definitionem compleri per rem ſcibilem, ſin autem, non eſſet definitio. vt gra exempli, qui definierit ſenſum, ꝙ ſit D
vis, qua comprehendantur corpora, non compleuit ſenſus definitionẽ: nam ſm hoc, oporteret auditum cõprehendere aliquod corpus.

Loca vero, quæ ſunt ſm qualitatis circunſtantiam, quędam ſunt ſm circunſtantiã habituum & virtutũ: omnis enim habitus & vis, quæ non euadit, quin ſit habitus plurium, q̃ vnius actus. Et qui eſt plurium, q̃ vnius actus, nõ euadit, qnin ſit aptus verſus illos actus æqualiter, aut quorundam ſit per ſe, & quorũdam per accidens, vel quorundam prima intentione ex parte præſtantioris, & E
quorundam ſecunda intentione. At ille etiam, qui eſt aptus verſus vnum actum, non euadit, quin poſsit fieri ſine hoc actu, aut impoſſe ſit: qñ autẽ quis compleuerit definitionẽ alicuius habitus aut artis, ꝙ ſit apta verſus actus plures, q̃ vnum æqualiter, & occuluerit vnũ illorum actuum, illa itaq; non eſt definitio. vt verbi gra, qui definierit, ꝙ grãmatica ſit ſcientia ſcribendi tm̃, abiecit ab illius definitione quandam dictionẽ, ſc. ipſum dicere: eſt enim ita ſcientia dicendi, ſicut eſt ſcientia ſcribendi. Illi vero, qui ſunt apti verſus plures, q̃ vnum, F
quidam ſunt per ſe, & quidam p accidens: ſicq; ſi quis compleuerit definitiones per id, quod eſt p accidẽs, loco illius, quod eſt per ſe, aut protulerit quod eſt per accidens cum illo, quod eſt per ſe: illa itaq; quã protulit, non eſt definitio: vt verbi gratia, qui definierit medicinã, ꝙ ſit ars faciens morbũ & ſalutem: facit enim ſalutẽ per ſe, & facit morbum p accidens: licet enim ars medica ſit cui cõtingit facere accidentia, non eſt apta verſus hunc actum. Sicq; eſt ille, qui

G dinumeratur versus plures actus q̃ vnũ, nisi q̃ quidam sit aliquib⁹ alijs præstãtior, q̃n qui completurus est, compleuerit definitionẽ per actum viliorẽ præter nobiliorem, aut eos protulerit non simili modo, non fit definitio: hoc aũt est, sicut est dispositio virtutũ naturalium animæ, qa decet ipsarũ definitiones fieri ex nobiliori, & non ex viliori actu vt q̃ illas capiat à virtutibus, non à vitijs. Illi vero, q dinumerant versus vnũ actum, & põt esse q̃ fiant per alium, sunt q̃n sumit vice huius actus, q est p se, alter actus qui eo põt fieri p ac-
H cidens. Sicq; nõ fit definitio: hoc autem notũ est de instrumentis sensatis, vt qui definierit cultellum, q̃ sit instrũm, quo fiat actus carpentarij: ars enim carpentaria fit ascia, nõ cultello. Si aũt vis dinumeraret versus vnũ actum, sine quo fit illi impossibile esse, & protulerit hunc actũ in definitione, iam illam protulisset vt expedit, vt qui visum definiret, quòd sit vis qua colores comprehendant.

Secũdus aũt locus est, q̃ scrutemur etiam de complemento virtutis, an sit actus, aut factum aliquod actitatum. Vt verbi gratia, artis saltandi
I complemẽtum est actus quidam, & complemẽtum artis carpentarij est factum quoddam per artem. Si autẽ quis compleuerit definitionem rei, cuius complementũ est res facta per artem agentem. vt qui definiret carpentariam q̃ sit habitus fm q̃ fiat p carpentariam, non fm q̃ per eã sint res factæ per carpentariam, non faceret definitionem. In definitione vero rerum, quarum perfectio est ipse actus, expedit q̃ ponatur actus in ipsarum definitione: multarum autẽ rerum perfectio non est, qua ipsæ iã sint, sed in ipsamet generatione: dele
K ctationis enim perfectio est tempore factionis, non tempore complementi, & magis illam eligimus tempore factionis: & similiter eligimus speculationẽ tempore factionis, non tempore complementi, & magis ipsam eligimus tempore factionis, q̃ ipsam eligamus, postquam expleuerimus speculationem.

Loca sumpta à casibus. Loca aũt sumpta à casibus & coniugatis & oppositis nimis iuuãt acceptionem definitionũ habituum & potentiarum, & affectuum, qui sunt p̃dicamenti qualitatis. q̃n, si fuerit definitio ipsius habit⁹, expedit, q̃ sit
L p id, cuius est habitus, & si fuerit illius cuius est habitus, expedit, q̃ sit p ipsum habitum, si autem, nõ fieret definitio. Exẽpli gratia, si suaue sit, quod est vtile, suauitas est id, quod est vtilitas: & similiter de oppositis. Hoc autẽ ita fit, quia qui aliquo modo definit rem iã definit multas res in hoc exemplo, & simili.

Loca sumpta à casib⁹, cõiugatis, & oppositis.

Tertius aũt locus est ob circũstantiam habituum, & potentiarũ, & affectuum: nã, quia fm se totos insunt subiectis, & q̃ insunt subiectis, quædam insunt primo, & quædã insunt secundo, q̃n non apparet in defini-
M tione subiectũ cui ineſt habitus, aut potentia, aut electio primo, non definiretur, & similiter q̃n illum nõ poneret in suo subiecto. v.g. quia prudentia ineſt parti ratiocinatiuæ primo, & aĩæ secundo, quia ineſt parti ratiocinatiuæ, & homini, quia ineſt aĩæ, quæ vero apparent in definitione rei absq; subiecto, sunt, prout qui definiret somnum q̃ sit sensus imbecillitas, & dubiũ, q̃ sit coequatio syllogismoꝝ oppositorum, & salutem, q̃ sit coequatio caloris & frigoris, &

dolorẽ,

A dolorem, ꝙ ſit ſolutio partiũ vnitarum: qm̃ neq; ſomnus eſt ſenſus imbecillitas, ſed eſt ob ſenſus imbecillitatem, nec ſalus eſt coęquatio, ſed ob coęquationẽ, nec dolor eſt continui ſolutio, ſed eſt ob continui ſolutionem, & vt vniuerſalius inquam, qui hoc modo definiret, accideret ei ꝙ ponat factũ in faciente, aut faciẽtem in facto, ſ. ꝙ aut cauſa ſomni debilitetur, vel cã imbecillitatis dormiat: & vlr hæc definiunt̃ per ſubiecta, & actus, & ſm hoc ſunt tripartita, aut ſunt res naturales, aut ſunt virtutes aĩales, aut ſunt res artificiales. Rerũ
B aũt naturalium actus ſunt nobis noti, & ſubiecta latent. v.g. quia actus ſomni pater, qui eſt vacatio ſenſuũ, & ipſius ſubiectũ eſt dubiũ, quod indiget demonſtratione, quod Ariſt. gĩa exẽpli opinat̃ ꝙ ſit ipſum cor, & Galenus opinat̃, ꝙ ſit cerebrum. In actib⁹ vero ſubiecta ſunt nobis nota, quæ ſunt ipſa anima, quæ quæruntur autem ſunt perfectiones & actus. Virtutum vero quæſita ſunt ambæ res ſimul: hoc eſt, notio actuum, & notio ſubiectorũ: vt. v g. fortitudo nõ eſt nobis nota, cui parti aĩæ inſit, neque quis ſit eius actus, qui virtus dicitur.
C Expediens aũt hoc fuit de illa, quia ipſa non eſt ob ipſam natũrã perfecte, neq; ob voluntarium arbitrium perfecte, ſed eſt ac ſi eſſet miſta ex vtriſq; rebus. Quartus aũt locus ẽ, quia definitiones quarundam rerũ, & præcipue virtutũ, oportet ꝙ perficiantur p quantitatem, & qualitatẽ, & qñ, & vbi, & per cauſas agẽtes, aut finales, aut conſeruatiuas, & qñ deiecta fuerit ex talium rerum definitio num aliqua harum differentiarum non fieret definitio. v.g. ſi quis fortitudinem definiens, ꝙ ſit prior timore, qui contigerit quadã quantitate, D non quantauis contigerit, & quodã tpe, non quouis tpe contigerit: cauſa autem definiendi per has dfias eſt finis, quo ẽ ipſa prioritas, & ſm hoc res ſe habet de iuſtitia, & gloria, & reliquis virtutib⁹, & oportet ꝙ tales res perficiantur p tes naturales. v.g. quia non ſatis eſt noctis definitioni, ꝙ ſit terræ vmbra, donec dicatur totius aut partis vmbra ob Solis occultationem, non ob aliam rem: & ſilr non ſufficit pluuiæ definitioni, ꝙ ſit aqua deſcendens, donec dicatur quo modo deſcendat, & vnde, & quæ ſit E cauſa ipſius deſcenſus, & qua quantitate fiat, & propter quid, & quando deſcendat. Hæc itaq; loca ſunt obcir cunſtantiam trium ſpecierum qualitatum, hoc eſt ex habitibus, & potentijs, i. quæ dicunrur ſecundum naturalem potentiam, aut naturalem impotentiã, & ex affectibus, hoc eſt paſſionibus & paſſibilibus qualitatib⁹. Prædicamenti veto vbi, & quando, non eſt locus proprius. Prędicamento autem actionis & paſsionis ſufficiunt hæc loca, quæ ſunt ſecundum qualitatis circunſtantiam.

Loca priuationis.

Loca autem priuationis quædam F ſunt, ꝙ non ſumamus in habitus definitione ipſam priuationẽ. vt ſi qs ſumeret in definitione viſus, ꝙ ſit cęcitatis cõtrarius: hic enim definiret prius per poſterius: & cum hoc etiã vtitur ipſomet definito in ipſa definitione: ex quo enim cęcitas eſt priuatio viſus, eſt ac ſi dixiſſet quòd viſus ſit contrarium priuationis viſus.

Secundus autem locus eſt, ſi quis proferret priuationis definitionẽ, & in ipſius definitione nõ profetret ipſum habitum, qui ſit priuationis cõtrariũ, ille non definiret. exẽpli gĩa,

G si definitio ignorantię eſſet, ꝙ ſit priuatio, & non diceret cuius rei priuatio ſit. Tertius locus eſt, ſi eſſet priuationis definitio, & in eius definitione proferretur habitus, illi oppoſitus, & non proferretur ſubiectum propriũ priuationi. prout ſi quis definiret cęcitatẽ, ꝙ ſit priuatio viſus, & nõ diceretur oculi videntis, quia viſus priuatio in talpa nõ eſt cęcitas, in definitione itaq; huius ſpeciei priuationis perfectæ, oportet connecti has duas cõditiones, quarũ vna eſt, ꝙ in ea explicetur habitus oppoſitꝰ, & altera ꝙ ſit in ſubiecto proprio.

H Quartus aũt locus eſt, ſi priuatio fuerit de ſpeciebus illius, quã eſſe eſt ſm modũ habitus imperfecti, & eſt illa, in cuius definitione dictum eſt, ꝙ ſit illa, qua non eſt in ſubiecto illud, cuius moris ẽ eſſe in illo, modo quo cõſueuit eſſe in illo, vt inęquale dr̃ de maiori & minori, & ſilr̃ ignorantia, ex quo eſt duarum ſpecierũ, quarum vna eſt ignorantia ſm modum priuationis, & altera eſt ignorantia ſm modum erroris. expedit itaq; definienti quãdo perficeret definitiones harum priuationum, ꝙ explicet de priuatione id, quod eſt ſe
I cundum modũ habitus imperfecti. prout diceretur ꝙ ignorãtia ſit opinio de re aliter q̃ res ſit extra animam, non ꝙ dicatur ꝙ ignorantia ſit priuatio ſcientiæ illius, cuius moris eſt ꝙ ei inſit ſcientia.

De locis definitionum i pſorum compoſitorum. Cap. 3.

78. Locus Declauo. SI autẽ alicuius complexorũ aſſignet terminus, conſiderandũ eſt auferẽdo alterius eorum quo complectuntur orationem, ſi eſt & reliqua reliqui. Nam ſi non, manifeſtum, qm̃ K neq; tota totius: vt ſi quiſpiã definiuit lineam finalem rectam, finem plani habentis fines, cuius medium ſuperadditur finibus: ſi finalis lineę oratio eſt, finis plani habẽtis fines, rectæ oportet eſſe reliquum, cuius medium ſuperaddit̃ finibus: ſed infinita neq; mediũ, neq; fines habet, recta autem eſt, quare non eſt reliqua reliqui oratio. Amplius, ſi cũ ſit 79. Locus Declatio. compoſitũ quod definitur, ęqui membris oratio aſſignetur defi L nitio. Aequimembris autem dicitur oratio eſſe, qñ quot fuerint compoſita, tot & in oratione nomina, & verba fuerint: neceſſe ẽ enim in talibus ipſorũ nominũ commutationẽ fieri aut omniũ, aut aliquorum, eo ꝙ nihil plura nũc, q̃ prius nomina dicta ſunt: verum oportet eum, qui definit, orationem pro nominibus aſſignare, maxime quidem oĩbus: ꝙ ſi non, at ſaltem in plurimis: ſic enim & in ſimplicibꝰ qui nomen commutat, nõ definiturus M eſt. Vt pro tunica, veſtem. Am- 80. Locus Declatio. plius aũt maius peccatum, ſi & per ignotiora nomina commutationẽ fecerit. Vt pro homine albo, terrigenam candentẽ: neq; enim definiuit, cùm minꝰ ſit clarum quod ſic dicitur. Cõſiderandum autem & ſi per commutationem nominum, non idem iã ſignificat. Vt qui cõtemplatiuã 81. Locus Declatio. ſcientiam, opinionẽ contemplatiuam dixit: nam opinio, ſciẽtiæ non idem: at oportet, ſi debet,

& totũ

A & totum idem esse: nam contẽplatiuum quidem cõe in vtriusque orationibus est, reliquum vero differens. Amplius, si alterius nominũ commutationem faciens, non differentiæ, sed generis commutationem fecit. Vt in eo quod nuper dictum est: ignotius.n.cõtemplatiua q̃ sciẽtia: nam hoc quidem gen⁹, illud autem differentia, omnibus aũt notius genus, nam cõis: quare non generis, sed differẽtiæ oportebat commutationem fieri, eo B q̃ ignotior est. An hæc quidẽ ridicula reprehensio? nihil.n. prohibet differentiam quidem notissimo noïe dici, genus autem non: sic aũt rebus se habẽtibus, manifestum q̃m generis, & non differentiæ ſm nomen commutatio facienda: si autem non nomen pro nomine, sed orationẽ pro nomine commutat, manifestum q̃m differẽtiæ magis q̃ ge C neris definitio assignãda est, eo q̃ cognoscendi gratia definitio assignatur: nam minus differentia q̃ genus nota. Si autem dr̃iæ terminum assignauit, considerã dũ si & alicuius alius cõis est assignatus terminus. Vt cum imparem numerum, numerũ medium habentem dixerit, determinandũ est quo pacto mediũ habentem: nã numerus quidem cõis in vtriq; orationibus est. Imparis autẽ consumpta est oratio: habent aũt, & linea, & corpus mediũ, cũ non sint imparia: quare nõ vtiq; erit definitio hęc imparis: si aũt multipliciter dr̃ D mediũ habens, determinãdum quomodo mediũ habens, alioq; reprehensio erit, aut syllogism⁹, q̃ non definiuit. Rursum, si id, cuius quidem orationẽ assignauit est eorum quę sunt, quod autẽ sub oratione, nõ eorũ q̃ sunt. Vt si album, quispiã definiuit colorem igni permixtum. impossẽ enim incorporeum corpori permisceri, quare nõ erit color igni permixtus, attamen album est.

Amplius, quicunq; non diuidunt in ñs, quæ sunt ad aliquid E ad quod dicitur, sed in pluribus comprehendentes dicunt: aut oĩno, aut ĩ aliquo falsum dicũt. Vt si quis medicinã disciplinam entis dixit: nam si nullius entiũ medicina est disciplina, manifestum q̃m tota oratio mendax ẽ: si aũt alicuius quidem, alicuius aũt non, in aliquo mendax: nam oportet de omni, siquidem p se, & non ſm accidẽs entis esse dr̃, quemadmodũ in alĩs se habent ea quæ ad aliquid sunt: nam oẽ F disciplinatum ad disciplinã dicitur. Similiter autem & in alĩs, eo q̃ conuertũtur omnia ad aliquid: omne.n. disciplinatum ad aliquid. Cæterum si is, qui non per se, sed ſm accidens assignationem fecit, recte assignauit, nõ ad vnũ, sed ad plura vnũquodque eorum quæ ad aliquid dr̃, assignauit: nihil.n. prohibet idẽ, & ens & album, & bonum esse: quare qui ad quodlibet horũ assignauit, recte assignauit, siquidem

82. Locus Declatio.

Dubitatio

83. locus. Declatio.

84. Locus Declatio.

G dem is,qui fm accidens assigna uit,recte assignauit.Pręterea au tem impose est humōi orationē propriam assignati esse:nam nō solū medicina, sed plures aliarū disciplinarū ad ens dñr, quare vnaquæq; entis disciplina erit : manifestum igitur, qm̄ talis nul lius est disciplinæ definitio, pro priam enim & non cōem oportet definitionem esse. Qñq; autem definiunt non rem, sed rem bene se habentem, aut perfectā.

85.Locus. Declauo.

Talis aūt & rhethoris & furis

H terminus,si sit rhetor quidē,qui potest quod in vnoquoq; est verisimile considerare, & nihil p̄termittere:fur aūt, qui clam sumit:perspicuum.n.qm̄, cum talis vterq;,hic quidem bon⁹ rhetor,ille autem bonus fur erit: nō enim qui clam sumit, sed q vult clam sumere, fur est. Rursum ,

86.locus. Declauo.

si quod pp se eligendum est, vt actiuum vel effectiuū, vel quolibet modo propter aliud eligendum assignauit. Vt qui iustitiā,

I legum conseruatiuam dicit: aut sapientiam,effectiuā felicitatis: nam conseruatiuū & effectiuū eorum sunt, quæ propter aliud eliguntur. An nihil quidem prohibet quod propter se eligendū est,& propter aliud esse eligendum(attamen nihil minus peccauit,qui sic definiuit quod propter se est eligendum : nam vnicuiq; optimum, in substātia maxime:melius autem quod propter se eligendum, q̄ quod propter aliud:quare id & definitionem oportebit magis significare. Considerandum aūt est & si

K 87. Locus Declauo.

is,qui alicuius definitionem assignauit,aut hæc,aut quod est ex his,aut hoc cum illo definiuit. Nam si hæc quidē, accidet vtrisque & neutri ĩesse: vt si iustitiā, temperantiā,& fortitudinē definiuerit:nam si sint duo,vterque autem alterum habeat, vtrique iusti erunt,& neuter, eo q̄ vtrique quidē habēt iustitiā, vterq; aūt non habet. Si aūt nondū qd dictum est admodū absurdū vi

L det,eo q̄ &in alĩs accidat hmōi (nihil enim prohibet vtrosq; habere vnam, cum neuter habeat) attamen cōtraria inesse eidem, omnino absurdum videbit esse: accidet aūt hoc, si hic quidē ipsorum tēperantiam & timiditatem habet,ille autē fortitudinē, & prodigalitatem: nā vtriq; & iustitiam, & iniustitiam habēt: nam si iustitia tēperantia & fortitudo est,& iniustitia timiditas & prodigalitas erit:& oīno quæ cunq; ad argumētandū idonea

M q̄ non idem sunt & partes & totum,omnia vtilia ad id quod dictum est . videtur autem qui sic definit partes, toti easdem dicere esse.Maxime autem accōmodatæ fiunt orationes,in quibuscunq; manifesta partium est cōpositio, quemadmodū ī domo, & in cæteris talibus: manifestū enim qm̄ cum sint partes, nihil prohibet totum non esse : quare non idem partes toti. Si autem non hæc,sed quod ex his est dixit

88. Locus Declauo.

A xit id eſſe quod definit, primũ quidem conſiderandũ, ſi non natum eſt quippiam vnũ fieri ex ijs quæ dicta ſunt. Quædam.n. ſic ſe habẽt adinuicem, vt nihil ex eis vnum quippiam fiat: vt linea & numerus. Amplius, ſi definitum quidem in vno aliquo natum eſt primo fieri, ex quib⁹ autem dixit ipſum eſſe, non in vno prĩo nata ſũt fieri, ſed vtrũque in vtroq;. Nam manifeſtũ qm̃ non erit ex ijs illud: in qbus enim partes, & totũ neceſſe eſt

B ineſſe, quare non in vno totum primo eẽ, ſed in pluribus. Si aũt & partes, & totũ in vno aliquo primo, conſiderandũ ſi non ĩ eodem, ſed in altero totum, & in altero partes. nam in quo totũ, in illo & partes eſſe videntur. Rurſum, ſi cum toto corrumpuntur partes. Econuerſo enim oportet accidere, partibus corruptis totũ corrumpi, toto vero corrupto, non neceſſe eſt & partes corrumpi. Aut ſi totum quidẽ bonum, vel malum, partes aũt neutræ, aut econuerſo, partes quidẽ bonę, vel malæ, totum aũt neutrum. Nam neq; ex neutris poſſibile bonum quippiam, vel malum fieri, neq; ex bonis vel malis neutrum. Aut ſi magis quidẽ alterum bonũ q̃ alterum malũ: quod autem ex his, non magis bonum q̃ malum. Vt ſi imprudẽtia ex fortitudine & falſa opinione, magis enim bonum fortitudo, q̃ malũ falſa opinio: oportet ergo & quod ex his eſt, ſequi illud, qđ magis eſt, & eẽ vel ſim plr bonũ, vel magis bonũ q̃ malũ. An hoc quidẽ non neceſſariũ: niſi vtrunq; ſit p ſe bonum vel malũ? multa. n. affectiuorũ p ſe quidẽ nõ ſunt bona, mixta aũt quibuſdã, fiũt bona: aut ecõuerſo vtrunq; quidẽ bonũ, mixta aũt, malũ, vel neutrum: maxime aũt manifeſtum quod nunc dictum eſt in ſalubribus & morbificis. nã quædam medicamentorũ ſic ſe habent, vt vtrunque quidem ſit bonũ: ſi autẽ vtraq; dentur mixta, malum. Rurſum,

E ſi quod ex meliore & peiore eſt, nõ eſt totũ peiore quidẽ meli⁹, meliore aũt peius. An neq; hoc neceſſarium, niſi per ſe ſint ex quibus componitur, bona? nam in ijs, quæ non per ſe ſunt bona, nihil prohibet totũ non fieri bonum: vt in ijs, quæ modo dicta ſunt. Amplius, ſi cognomine eſt totũ alteri: non oportet enim, vt neq; in ſyllabis: nulli enim elementorum ex quibus componitur, ſyllaba cognominis eſt. Amplius ſi nõ dixit modũ cõpoſitionis.

F Non enim ſufficiẽs eſt ad cognoſcendum, q̃ dicat, ex his: nã non quod ex his, ſed quod ſic ex his, eſt cuiuſq; compoſitorũ ſubſtantia, vt in domo: non.n. ſic quolibet modo componantur hæc, domus eſt. Si autem hoc cũ illo aſſignauit, primum quidem dicẽdũ q̃ hoc cum illo, aut hoc & illud dicit, aut quod ex illis. Nam qui dicit mel cũ aqua, vel mel & aquã dicit, vel qđ ex mel

D Dubitatio

89. Locus Declaratio.

90. Locus declaratio.

91. locus Declaratio.

92. Locus Declaratio.

93. Locus Declaratio.

94. Locus Declaratio.

95. locus Declaratio.

96. locus Declaratio.

97. locus declaratio.

ls &

G le & aqua: quare si cuilibet eorũ quæ dicta sunt idem confitebit esse hoc cum illo, eadem conueniet dicere, q̃ quidem ad vtrunque horum pri⁹ dicta sunt. Amplius, diuidenti quoties dr̃ alterum cum altero, considerandũ si nullo modo hoc cum illo. Vt si dicitur alterum cum altero, aut vt in aliquo eodem susceptiuo, vt iustitia & fortitudo ĩ anima, aut in loco eodem, aut in tempore eodem: nullo autem modo verum sit quod dictum est in his, manifestum est, q̃m nullius erit assignata definitio, eo ꝙ nullo modo, hoc cum illo est. Si autem diuisio quoties dicitur alterum cum altero, verum erit in eodẽ tempore vtrunq; esse, considerãdum si contingit non ad eundẽ vtrunq; dici finem. Vt si fortitudinem definiuit audaciam cum recta intelligentia: contingit. n. audaciam quidem habere spoliandi, rectam autẽ intelligentiã circa salubria, sed nondũ fortis qui in eodem tempore cum illo I hoc habet. Amplius, si & ad idẽ ambo dicuntur: vt ad medicatiua. Nihil. n. prohibet & audaciã quandam, & rectam intelligentiam habere ad medicatiua, attamen nec si fortis, qui hoc cum illo habet: neq; enim ad alterũ eorum vtrunq; oportet dici, neq; ad idẽ quodcunq; sit, sed ad fortitudinis finem, vt ad præliorũ pericula: aut si quid magis est illius finis. Quædam autem sic assignatorum, nullo modo sub dictam cadunt diuisionẽ: vt si ira K tristitia est cum opinione parui pẽdendi: nam quod propter huiusmodi opinionem tristitia fit, hoc vult indicare: propter hoc autem fieri aliquid, nõ est idem ei quod est hoc quidem cum illo esse fm vllum dictorũ modorum. Rur um, si horum compositionem dixit totum: vt animę & corporis compositionem animal. Primum quidem considerandum, si non dixit qualis cõpositio: vt si carnem definiens, L aut os, ignis, & aeris, & terræ dixit compositionem: non. n. sufficit compositionem dicere, sed q̃ & qualis determinandũ: non. n. quolibet modo compositis his caro fit, sed sic quidem compositis, caro, sic vero os. Videtur autem neq; esse omnino compositioni idem neutrum eorum, quę dicta sunt: nam compositioni oĩ dissolutio contraria, dictorum autem neutri, nihil. Amplius, si sit est verisimile omne cõpositum compositionẽ eẽ, vel nullum: animalium autem vnum- M quodq; cũ sit compositum, non est cõpositio, neq; profecto aliorum compositorum vllum cõpositio erit. Rursum, si similiter in aliquo nata sunt esse cõtraria definiuit autem per alterũ, manifestum q̃m non definiuit. Si autem nõ ita est, plures accidet eiusdem definitiones esse: qd. n. magis qui per hoc, q̃s qui per alterum definiens dixit? eo ꝙ sit vtraq; nata sunt fieri in eodem.

98. Locus Declano.

H

99. locus. Declatio.

100. locus Declatio.

101. locus Declatio.

102. locus declatio.

103. Locus Declatio.

Talis

A Talis autem animæ ẽ definitio, ſiquidem eſt ſubſtantia diſcipli
104. locus Declaratio. næ ſuſceptiua: nam ſimiliter & ignorantiæ eſt ſuſceptiua. Opor tet autem ſi non ad totã habeat aliquis argumẽtari definitionẽ, eo ꝙ non nota ſit tota, ad aliquã partium argumentari ſi ſit nota & non bene aſſignata appareat: nam parte interempta, & tota
105. locus Declatio. definitio interimitur. Quæcun que autem obſcuræ ſunt defini tionum emendãti, & confirmã-
B ti ad manifeſtandum aliquid, et habendum argumentum, ſic cõ ſiderandum. Neceſſe eſt enim reſpondentem aut ſuſcipere quod ſumptum eſt ab interrogante, aut eundem declarare, quid te-
106. locus Declatio. mere eſt oſtẽſum a definitione. Amplius, quemadmodum ĩ cõgregationibus ſolent legem inducere, & ſi ſit melior quæ ĩducitur, interimit anteriorẽ, ſic & in definitionib⁹ faciendũ, & definitio alia ſerẽda. Nam, ſi appa-
C ret melior, & magis manifeſtũ quod definitur, ꝑſpicuum qm̃ interempta erit q̃ poſita eſt, eo
107. locus Declatio. ꝙ non ſunt eiuſdem plures defi nitiones. Ad oẽs autem definitiones non minimũ elementum ad ſeipſum, ſolerter definire, poſitũ, aut ãpte dictũ terminũ aſſumere. Neceſſe eſt enim velu tiad exẽplar cõſiderantẽ, & qđ minus ẽ ĩs q̃ oportet hr̃e definitionẽ, & qđ appoſitũ eſt ſupflue inſpicere, vt magis argumẽtis abundemus. q̃ igit̃ circa definitiones ſunt intantũ dicta ſint.

Sermo de Locis definitionum ipſorum cõ- D
poſitorum. Cap. 3.

IN definitionibus autem rerũ cõpoſitarum ex partibus accidit error, qñ completæ ponuntur ſuę partes in ipſarum definitionib⁹ aliquo modo, aut qñ definiretur totum, ꝙ ſit tale & tale, hoc eſt, ſuæ partes abſque additione alicui⁹ rei vltra hoc, aut ꝙ definiatur totum, ꝙ ſit ex tali & tale, hoc ẽ ex parte tali & tali, aut ꝙ ſit pars talis cum parte tali. Exemplum primi eſt, vt qui definiret domum, ꝙ ſit lateres & lapides, & ꝙ na uis ſit lignum & claui & tabulæ & cordæ: ille.n. qui domus definitionẽ E
complerer, hoc modo omitteret reſiduam dignam rerum, quæ debent ferri in definitione, ſ. ipſam compoſitionem, qua domus eſt domus, & nauis eſt nauis: & quicqd poſſet dici de errore illius, qui poſuit ꝙ partes ipſæ eædem ſint, ſicut eſt ipſum totũ ſibi abſq; additione alicuius rei vltra illas, conferret ad deſtructionem talium definitionum. Et ſiꝛ fit, quãdo non ſit conditionis totius, ꝙ fiat ex compoſitione partium, ſed ex cõgregatione ipſarum: qñ enim quis in illius definitionem omitteretex plicare dictionem congregationis, F
hinc eueniret ꝙ duo contraria ineſſent vni ſubiecto. v.gr. qui diceret ꝙ ſeptem ſint tria & quatuor, quia niſi dicat aggregarum ex tribus & quatuor, poſſet putari ꝙ ipſemet idem ſeptenarius eſſet par & impar. Verũ tamen non eſt vis huius loci in his rebus, ſicut eſt eius vis in rebus compoſitis: qñ enim intelligeretur ſenſus illius, qui definiret ſeptenarium, ꝙ ſit trinarius & quaternarius, iam definiret.

Qui vero definiret totum, ꝙ ſit

tale

G tale & tale, cõtingeret illi error multifariam: primo, quia illæ partes essent ex illis, quæ componunt, aut q̃ complicant, adeo q̃ ex illis fiat ipm totum. prout fieret si quis definiret superficiem, q̃ sit ex linea & numerorum, nam ex linea & numero nõ componitur supficies: aut sicut qui definiret corpus, q̃ sit compositum ex partibus indiuisibilibus, & ex indiuisibilibus nequeat componi diuisibile. Secundus autem modus est, q̃ illæ partes insint vni subiecto, & si hæ partibus sibi ipsis sint, tñ non sunt partes: exempli gratia, vt qui definiret iram, q̃ sit composita ex cogitatu & desiderio vindictæ: subiectum enim cogitatus non est subiectum iræ in ipsa anima. Et tertius modus est, q̃ illæ partes corrumpant ad totius corruptionem: res enim, qua expedit esse partes, est contra hoc, hoc est, q̃ totum corrumpatur ad ipsarum corruptionem, non q̃ ipsæ corrumpantur ad ipsius totius corruptionẽ, q̃n enim corrumpitur domus, non corrumpuntur lapides, neq; lateres: q̃n autem corrumpuntur lapides & lateres, corrumpitur ipsa domus necessario. Quartus autẽ modus est, I q̃ totum sit bonum aut malum, & partes non sint ita, aut res sit è contra: hoc est, q̃ partes sint bonæ, aut malæ, & totum non sit huic connexum: impossibile est enim, q̃ totum sit bonum aut malũ, & partes non sint ita, aut q̃ partes sint bonæ aut malæ, & totum non sit ita. Et iterum, si vna partium fuerit altera melior, & altera minus bona, totum compositum ex illis est melius minus bona, & minus bonũ meliori. Et ait Aristo. hîc locus verax est, q̃n bonum & malum sumit de toto & partibus prout sese, q̃n vero sumerent p accidens, nihil prohiberet totum esse bonum, & partes esse malas, prout est dispositio compositorũ in medicina, aut dispositio est contra hoc, q̃ simplicia iuuẽt, & aggregatum sit noxiũ: & sic est dispositio ciborum, vt ferè de congregatione piscis & lactis. Et sic non est remotum q̃ totũ sit cõpositum ex quadam re meliori altera, & reliqua re minus bona, & totũ sit melius melioti, & minus malum malo. Quintus autem locus est, q̃ nomen totius non conueniat nomini partis, & hic quidem proprius est L totiæ therogeneo, prout est domus, cuius nomen non absoluit de eius partibus, totius vero, quod est homogeneum, nomẽ ipsius conuenit partibus: nomen enim partium aquæ est aqua, & nomen partium carnis est caro, & partiũ sanguinis ẽ sanguis.

Tertia vero acceptio, qua totum definiret, est, q̃ totum sit tale cũ tali, vt diceret, q̃ ensis sit calibs cũ lampade, aut qui diceret, q̃ oxymel sit mel cum aceto: inuit enim acceptioni cõtingeret error ex modis, quos narrauimus in prima & secunda acceptione, & huic superaddat q̃d nũc M dicemus: dicere enim q̃ ipsum sit tale cum tali, est verax in rebus, quatũ subiectum est vnum, prout sunt diuitiæ & iustitia, & fortitudo, q̃ sunt in vno loco, aut q̃ eueniunt ex vno: q̃n ita q; dicimus, q̃ hoc sit cũ hoc, aut non sit vllo horum triũ modorum; non fit hic vera definitio. v. g. qui definiret iram q̃ sit cõtristatio cum cogitatu, quia contristatio & cogitatus non sunt in vno susceptiuo de partibus ipsius animæ, neq; similiter vno tempore: ex quo cogitatus præcedit contristationem.

Si

A Si autem acceptio fuerit vno horum trium modorum, aut omnib⁹, expedit ꝙ cõsideremus, an duæ partes non dicant in comparatione ad aliam rem, & si res ita sit, ꝙ ex hoc positum non sit verum. v.g. qui definiret fortitudinem ꝙ sit solertia cũ cogitatu. Si nos cõcederemus, ꝙ fortitudo & cogitatus sint in vno susceptiuo, & vno tempore, & vno loco, contingit huic controuersia & fallacia, qm̃ dñr ī comparatione ad vnã eãdem rem: posset enim aliquis vir, cui esset solertia ad luxuriam, & verus cogitatus circa res agentes sanitatem, non sufficere ei etiam hoc, ꝙ B concedamus ex controuersia, ꝙ sumant duæ partes in comparatione vnius eiusdem rei, nisi hæc res sit finis ipsius definiti. v.g. qui definiret fortitudinem, ꝙ sit solertia, cum cogitatu vero circa vnam eandem rẽ, prout sunt res medicinales, non definiret fortitudinem, sed diceret, ꝙ sit solertia cum cogitatu circa bellum, quod est finis fortitudinis. Et aliqñ erratur circa orationem, quæ ꝓfertur in definitione, ꝙ sit tale cum tali, & intelligitur per id, quod dr̃ cũ tali, ipsa causa, expediret autem di- C cere in illi⁹ definitione ꝙ sit tale ꝓpter tale, gratia exempli, qui definiret iram, ꝙ sit contristatio cũ imaginatione, quia imaginatio est causa contristationis, non ꝙ sit cum contristatione. In his itaq; occurrit error ex duabus partibus, aut ꝙ nõ ꝓferant partes prout conuenit, aut ꝙ omittatur modus compositionis illarum. Et aliqñ errat qui profert cõpositionem, qm̃ non sumeret in definitione quæ compositio est ꝓpria huic rei definitæ. vt qui dixerit, ꝙ aĩal sit compositũ ex corpore, & anima, & ꝙ caro & ossa sint composita D ex aqua & aere & igne & terra, & nõ dixit, q cõpositio sit compositio animæ & corporis in animali, neq; dixit, q compositio sit cõpositio quatuor elementorum in carne & ossibus: compositio enim vnius istorũ non est compositio alterius: aliud autem est vnum secundũ se, qñ cõponitur differentibus compositionibus, & fiunt differentia entia, vt qñ lapides componunt vna specie compositionis, & fit domus, & qñ cõponunt alia specie compositionis, & fit aceruus: & vl̃r sic compleuimus definitionem rerũ, q est compositio talis, aut talis, fin ꝙ dicere compositionem ponatur vice genetis & perfecte aut corrupte, quia cõpositio nõ verificat, quod sit genus vllius compositionis: compositioni enim est contrarium illi⁹ quæ est dissolutio. Hæc autem composita, quæ descripsimus, non habent contrariũ: hæc itaq; est summa locorum, quæ referuntur in definitionibus compositorum, & iam expedit nobis ꝙ hinc procedam⁹ ad tractatum locorũ de finitionũ cõiuni oĩbus ꝓdicamẽtis.

E

INitium autem horum locorum est consideratio ex parte tẽporis, qñ tempus in definitione & definito nõ significaret vnã rem: notum enim est, ꝙ qui compleret definitionem hoc modo, non faceret conuenire illi ipsum definitum. & hoc q- dem primo fit duobus modis, quorum vnus est, ꝙ definitum sit æternum, & definitio significet quoddã tempus. vt qui definiret animal immortale, ꝙ esset animal, quod non corrumpitur nunc, non est illius inditium pro eo quod erit in futurũ neq; pro eo quod fuit in præterito,

F Sermo de locis definitionum cõib⁹ oib. ꝓdicamẽtis.

aut

G aut ꝙ definitum ſignificet aliquod tempus, & definitio ſignificet aliud temp⁹, vt qui definiret timorē ꝙ ſit cogitatus de bono & malo: timor enim ſignificat de tempore futuro & cogitat⁹ boni & mali aliqñ ſit de eo quod eſt tribus temporibus, ſ. p̄ſenti, præterito & futuro: & ſiſr qui definiret poſſibile, ꝙ ſit, quod põt eſſe & poteſt non eſſe: poſſe enim ſignificat futurũ, & dicere ꝙ põt eſſe, & poteſt non eſſe, verificat⁹ ꝙ p̄dicetur pro tempore præſenti.

Secundus autē locus eſt, ꝙ ſit aliqua res, in qua magis ſit diſpoſitio,
H quæ definiri intenditur, q̃ ſit in definitione. vt qui definiret iuſtitiã, ꝙ ſit poteſtas, qua vir queat æqualiter diſtribuere, aut eligat diſtribuere æqualiter: hic enim eſt maioris iuſtitiæ, q̃ ille, cuius eſt poteſtas abſq; electione: exceſſus. n. ſunt ſm voluntatem & electionem.

Tertius autem locus eſt, ꝙ definitum ſuſcipiat magis & minus, & definitio non ſuſcipiat illa, & contra hoc, ſ. ꝙ definitũ non ſuſcipiat magis & minus, & definitio illud ſuſcipiat. v g. qui definiret fruitionē, ꝙ ſit diſpõ maxime laudabilis: fruitio
I enim ſuſcipit magis & minus, & diſpoſitio maxime laudabilis non ſuſcipit hoc. Et iterum, ſi vtraq;, i. definitio & definitum ſuſcipiant magis & minus, ſed non ſimul, illa non eſt definitio. v. gr. qui definiret amorē ꝙ ſit deſiderium coitus, ex eo quòd amor & deſiderium coitus ſuſcipiãt magis & minus, ſed non ſuſcipiunt hoc ſimul: cuius enim amor intẽditur, remittitur eius deſiderium coitus, & è contra, cuius deſideriũ coit⁹ intenditur, illi⁹ amor remittit᷑, ſicq; non ſuſcipiunt magis & minus ſiſ.

Quartus autem locus eſt, qñ quis K
poneret duas res, quæ conuenirent in vna diſpoſitione & differrent ſm magis & minus, & definitio cõplens hanc diſpoſitionem conueniret rei, cui ſm minus eſt hæc diſpoſitio, illa non ꝑficit. prout qui definiret ignē, ꝙ ſit ſubtiliſſima pars omnium corporum, illa non compleret illius definitionem, quia flãma dignior eſt nominis ignis, q̃ lampa, & ignitas eſt magis in illa: dicere autem ſubtiliſſima pars corporum, e contra magis proprium eſt definitioni lampadis, q̃ definitioni flammæ.

Et quintus loc⁹ eſt, ſi fuerint duę L
res, quæ conueniant in aliqua diſpoſitione ſm vnam proportionem, definitio huius diſpoſitionis non ineſt illis vno ſimili modo. prout qui definiret colorem ꝙ ſit primum ſenſibile viſus, nõ proferret definitionē, vt conueniret: color enim prædicat᷑ de albo, ſicut prędicatur de nigro, & illa ſunt duarum ſpecierum: definitio autem, quæ illam compleuit, eſt magis propria albo q̃ quæ nigro ipſam compleuerit.

Sextus autem locus eſt, ꝙ proferat in definitione duas res oppoſitas aut quarum vis ſit vis contrariorũ, M
& in illa vtatur dictione, aut v. gr. q definiret bonũ, quod ſuaue ẽ apud viſum, aut apud auditum, & ens, qđ ſit, cuius cõſuetudinis ſit agere, aut pati, id enim quod intelligit᷑ per dictionem aut, ſequitur error & corruptio in definitione: nam, ſi illius intellectus eſſet ſeparari vnam rem ab altera, non coincidentia, cui īpoſita eſt hæc dictio in arabico idiomate, contingeret huic, ꝙ vna res eſſet bona & non bona, & ens & non ens, qñ bonum apud auditum eſt non-

bonum

A bonum apud viſum: & ſi fuerit vna eadem res, quod bonum eſt apud auditum, eſt non bonum apud viſum, & ex quo vtroque vtitur in definitione, cõtingeret hinc, quòd res ſit bona, & non bona, quanquam maiori parte commonſtratur hæc res in rebus oppoſitis. prout qui definiret præmiſſam, ꝙ ſit ſignificatũ affirmatum aut negatum: ſi autem intelligeremus ex dictione, aut ipſam copulationem, & ille eſt intellectus voci copulationis in idiomate arabico, euenit huic ꝙ non verificetur definitio de rebus, quibus ineſt
B altera duarum diſpoſitionum, prout dicimus, ꝙ ſit, quod agit aut patitur, qm̃ hæc definitio non verificat de materia prima: illa enim patitur, & non agit, & ſimiliter non eſt verax de corporibus cœleſtibus, quia agunt, & non patiuntur.

Septimus autem locus eſt, ꝙ in definitione prolatæ ſint res æquiuocæ, & putetur, ꝙ hoc nomen ſit æquiuocum, & ꝙ id, quod ſignificat nomen & definitio, ſit vnum idem, res autem nõ eſt ſic. & hic error aggreditur definitionem altero duorum modorum, quorum vnus eſt, ꝙ illis
C duabus rebus nomine æquiuocis patum deſit, ne inueniatur quoddam accidens commune. verbi gratia, quia nomẽ canis abſoluitur de animali noto, & de quadam ſecta arabum nominis æquiuocatione, & ſi illi poſita ſit hæc definitio, ꝙ ſit corpus nutribile ſenſitiuum, iam prolatum eſſet quid commune cani, quod eſt animal, & cani, quod eſt ſecta Arabum, ſed non eſt prolata definitio canis veri, neque definitio ſpeciei hominum, qui canes vocantur: ſecũdus autem modus eſt, ꝙ partes definitionis ſint nomine æquiuo
D ce, ſicut eſt diſpoſitio nominis ipſi⁹ definiti, & putetur propterea ꝙ protulerit de illo veram definitionem, & ꝙ id, quod ſignificat nomen & definitio ſit vnum. verbi gratia, qui definiuit rem ſanitatis, ꝙ ſit diſpoſitio ad ſanitatem, ſicut diſpoſitio iuſti: dicere enim diſpoſitionem iuſti, eſt nomen æquiuocum, prout dicere ſanitatem etiam eſt nomen æquiuocum, & ſimiliter qui definiret lucem, quòd ſit res qua inuenitur rei veritas.

Octauus locus eſt, ꝙ definitio poſuerit ipſum definitum vnum notum, & ipſa definitio ſit dubia, an ſit, aut non ſit ens. verbi gratia, vt q̃ definierit ꝙ albedo ſit color igni miſtus: albedo enim eſt nota eſſe, definitio autem, quæ eſt color igni miſtus, aut eſt dubia, aut impoſſibilis, quoniam non permiſceretur accidẽs ſubſtantiæ: & ſimiliter qui definierit locum ꝙ ſit vacuum pleni: locus enim eſt notus eſſe, vacuum autem eſt dubium, aut impoſſibile: & ſimiliter qui definiret tyle, ꝙ ſit corp⁹ nõ habens qualitatem: corpus enim huiuſmodi eſt impoſſibile eſſe.
E

Nonus autem locus eſt, ꝙ definitio cõueniat rebus maxime æſtimationis huius rei, & non omnibus rebus, quæ ſunt in illa, vt qui definiret hominem, ꝙ eſſet animal philoſophicum: hoc enim eſt verax de optima ſpecie hominum: & ſimiliter qui definiret rem publicã ꝙ ſit q̃ ſua ſtatua facit maxime commendãda: definiuit equidem optimam rem publicam, non omnem rẽ publicam: & ſimiliter eſt qui definiret Medicum ꝙ ſit quem non lateat de medicamine, quo ipſum medetur
F

G aliqua res, quam decernit ars Medica: hæc enim definitio quasi nõ est verax de Hippocrate & Galeno, tanto fortius de aliis. Hæc itaq; sunt loca communia oĩbus prædicamẽtis.

Sermo de locis definitionũ rerũ, quas significant per orationẽ cõpositã vice noĩs simplicis, hoc é, qñ fi est illis nomẽ simplex,

PRimus autem horum locorum est, ꝙ consideremus partes definitionis sumptas in compositi definitione, & si abstulerimus vnã partem ab altera duarum partium definitionis ipsius compositi, non remanet residua oratio definitio conueniens alteri rei, & illa non esset definitio. verbi gratia, qui definierit lineam rectam, ꝙ sit vltimum superficiei, cuius mediũ non occulit duo extrema: quando nãq; auferres ab hac oratione vltimum superficiei, quæ erat pars definitionis lineæ rectæ, & dicis cuius medium non occulit duo extrema, non est definitio omnium linearum rectarũ, ex quo lineæ infinitæ non est medium, neque extrema.

H prout dicimus, angulum planũ & lineã rectam, & corpꝰ quantum.

Secundus locus est, ꝙ proferatur oratio composita vice nominis simplicis illi æqualis: qui enim sic ageret, non definiret, sed commutaret nomen pro nomine, vt qui proferret nomẽ simplex pro nomine simI plici, non definiret. verbi gratia, vt qui definiret in lingua Arabica leonem furientem, ꝙ sit leo prauꝰ, siue latine tunicam nigram, ꝙ sit colobium atrum, & eo magis, quando non proferret nomen notius, q̃ sit oratio illa, vt qui definiret lapidem album, ꝙ sit lapis niueus: album. n. notius est q̃ niueum.

Tertius locus est, ꝙ cũ cõmutatione orationis cum oratione non seruaret vnam eandem rationem, vt qui diceret vice scientiæ speculatiuæ, ꝙ sit opinio scientifica: opinio enim non significat id, quod significat ipsa scientia, nec ipsarum significatio est vna, & cum hoc significat differentiam, quæ est, dum dicimus in genere, speculatiuum, & ille dicebat scientificum. K

Quartus locus est ꝙ relinquant quædã nomina, quæ sunt vt dictiones in definitione, & aliqua alia permutentur, & quod omittitur sit notius, quæ est dictio significans genꝰ, & quod commutatur sit ignotius, quę est dictio significans differentiam, quia ille non proferret oratione illius vice, quę largiatur naturam differentiæ, nisi dictionem simL plicem, vt qui definiret numerum parem, ꝙ sit habens medium: dicere enim medium verax est de quantitate continua, & discreta: si autem adderet in definitione medium numerale, esset definitio perfecta, & vice dictionis simplicis proferret orationẽ: & huic simile fecit Euclides In definitione anguli plani, quãdo dixit, ꝙ sit agonus, qui fit ex cõcursu duarum linearum nõ recte se incidẽtium in æqua superficie. Et hoc fortior est ꝙ obseruetur dictio significans differentiam, & permutetur dictio significãs genus: sicq; obM seruaretur latentius, & commutaretur manifestius.

Hęc sunt loca definitionum, quę inseruimus ordine quo ea inseruerunt Theophrastus & Themisti, ex quo hic magis subintrat ordinem artificiosum & fit facilioris commemorationis.

Arist.

ARISTOTELIS TOPICORVM

LIBER SEPTIMVS,

SVMMA LIBRI.

De locis Eiuſdem, & Diuerſi, deq; locis conſtructionis, & deſtructionis prædicatorum.

De Eodem & Diuerſo loci. Cap. 1.

2. locus Declatio.

B

VTrum autem idem an diuerſum ſecundū proprīſsimum eorū, qui dicti ſunt de eodē, modorū, dicēdū: dicebatur autē proprīſsime idē, quod numero vnum conſiderādū autē ex caſibus, & cōiugatis, & oppoſitis. Nā ſi iuſtitia idē ē fortitudini, et iuſtus forti, & iuſte fortiter. Similiter autē & in oppoſitis. Nam ſi hæc eadem, & oppoſita his, eadem ſecundum quālibet dictarū oppoſitionū. Nihil enim differt hoc

2. Locus. Declatio.

C

vel hoc modo oppoſitū ſumere, eo ꝙ idē eſt. Rurſum, ex effectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus, & omnino ex ḡs quę ſimiliter ſe habēt alterū ad alterū. Nā quæcunque ſimpliciter eadē, etiā generationes eorū & corruptiones eædē, & effectiua, & corruptiua. Conſiderandū autē & quorū alterū, maxime dicitur quoduis eſſe, ſi & alterum ipſorum ſecundum idem maxime dicitur. Sicut Xenocrates beatam vitam, & ſtudioſam aſsignauit eandem, eo

3. locus declatio.

4. locus. Declatio.

quod omnium vitarum, maxime eligenda ſtudioſa, & beata: vnum enim maxime eligēdum, & maximū. Similiter & in alīs huiuſmodi. Oportet autē vtrumque vnū numero eſſe, quod dicitur maximum, & maxime eligendum: ſi autem non, non erit oſtenſum quod idem. Non neceſſariū enim ſi fortiſſimi Græcorum ſunt Peloponneſii, & Lacedæmonīj, eoſdē eſſe Peloponneſios Lacedæmonīos, eo quod non vnus numero Peloponneſius, & Lacedæmonius, ſed con-

D

E

tineri quidem alterum ab altero neceſſarium, vt Lacedæmonīj a Peloponneſiis: ſi autē non, accidet ſeipſis inuicē eſſe meliores, ſi non cōtinentur alteri ab alteris: neceſſe eſt enim Peloponneſios meliores eſſe quam Lacedæmonios, ſi nō cōtinētur alteri ab alteris, nā omnibus reliquis ſunt meliores. Similiter autē & Lacedæmonios neceſſe eſt meliores eſſe Pelopnnneſiis, nā & iſti omnibus cæteris ſunt meliores, quare ſeinuicē meliores fiunt. Manifeſtū ergo, quoniā vnū numero eſſe oportet quod optimū et maximū dicitur, ſi debeat ꝙ idem ſint oſtēdi, propter quod Xenocrates non idem aſsignauit: non enim vna numero beata, & ſtudioſa vita: quapropter nō neceſſariū eandē eſſe, eo ꝙ ambæ maxime eligendæ, ſed altera ſub altera. Rurſum, conſiderandum ſi cui alterū idē, & alterum. nam ſi non ſunt ambo eidem eadem

F

9. locus. Declatio.

G manifeſtum qm̃ nec ſibĩ nuicẽ. Amplius autẽ, ex ĩs quæ his accidunt, & quibus hæc accidũt, conſiderandũ. Nam quæcunq; alteri accidunt, & alteri oportet accidere, & quibus alterũ eorũ accidit, & alterum eorũ oportet accidere: ſi autem aliquid horũ diſſonet, dilucidum quoniam non eadem. Videndũ autẽ & ſi non in vno genere prædicamenti vtraq;, ſed hoc quidẽ quale, illud autẽ quantũ, vel ad aliquid indicet. Rurſum, ſi genus vtriſque non idẽ, ſed hoc quidem bonũ, illud autem malum: aut hoc quidem virtus, illud autẽ ſcientia. Aut ſi genus quidem idem, differentiæ autem non eædẽ de vtroq; prædicantur: ſed de hac quidem qm̃ contemplatiua ſciẽtia, de illo autem qm̃ actiua: ſimiliter autẽ & in alĩs. Amplius autem ex magis, ſi hoc quidem ſuſcipit magis, illud autem non: aut ſi ambo ſuſcipiunt quidem, nõ ſimul aũt. vt q magis amat, non magis concupiſcit venerẽ: quare non idem amor, & concupiſcentia veneris. Amplius, ex appoſitione: ſi idem vtrunq; appoſitum, non facit idem totum. Aut ſi eodem ab vtroq; ſublato, quod relinquũtur eſt alterũ. Vt ſi duplum dimidĩ, & multiplũ dimidĩ idem dixerit eſſe: ſublato enim ab vtroq; dimidio, reliqua idem oporteret ĩdicare: nõ indicant autẽ, nam duplum & multiplum non eadẽ ſignificat. Conſiderandum autem non ſolum ſi iã aliquid accidit impoſſibile per poſitionem, ſed & ſi poſſibile ſit ex ſuppoſitione exiſtere. Quẽadmodũ ĩs, qui vacuũ, & plenũ aere, idem dicunt eſſe: nã manifeſtũ, qm̃ ſi exeat aer vacuũ quidem non minus, ſed magis erit, plenũ autẽ aere non amplius erit, quare ſuppoſito aliquo ſiue vero, ſiue falſo (nihil. n. refert) ſi alterum interimitur, alterũ autem non, profecto non idẽ ſunt. Vniuerſaliter autem dicendo ex ĩs, quæ quouis modo de vtroq; prædicantur, & de quib⁹ hæc prædicantur, cõſiderandũ ſi alicubi diſſonent. Nam quæcunq; de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet, & de quibus alterum prædicatur, & alterum prædicari oportet. Amplius, quia multipliciter idẽ dicitur, conſiderandũ, ſi ſecũdũ alium aliquẽ modũ eadẽ ſunt. Nã ſpecie, vel genere eadẽ, non neceſſe eſt numero eadẽ eſſe. Cõſideramus autẽ vtrũ ſic eadem, an non ſic. Amplius, ſi poteſt alterũ ſine altero eſſe. non erit. n. idem ad idem: igitur loci tot dicuntur. Palam autẽ ex ĩs, quæ dicta ſunt, qm̃ omnes qui ad idẽ ſunt deſtructiui loci, & ad termiñ vtiles ſunt: quemadmodum prius dictum eſt. Nam, ſi nõ idẽ indicet & nomen, & oratio, manifeſtum, qm̃ non erit definitio aſſignata oratio. Conſtructiuorum autem locorum nullus vtilis ad terminum. Non enim ſufficit oſtendere idem quod ſub ora-

6. Locus. Declatio.
7. Locus. Declatio.
8. Locus. Declatio.
9. locus. Declatio
10. Locus. Declatio.
11. Locus. Declatio.
12. Locus. Declatio.
13. locus. Declatio
14. locus. Declatio
15. Locus. Declatio.
16 Locus Declauo.
17. locus declatio.

H I K L M

A oratione,& nomine eſt ad conſtruendū quoniã definitio, ſed & alia oportet omnia habere, q̃ præcepta ſunt,definitionẽ,interimere igitur definitionem ſic, & per hæc ſemper tentandum.

18. locus. declatio. Si autem conſtruere volumus, primum quidem ſcire oportet, qm̃ nullus, vel pauci diſputantium,terminum ſyllogiſmo colligunt,ſed omnes principium, quod tale eſt accipiunt. Vt qui

19. locus. declatio. circa geometriam, & numeros, & alias huiuſmodi diſciplinas.

B Deinde quoniam exacte quidẽ alterius eſt negocij aſſignare, & quid eſt terminus, & quomodo definire oportet, nunc autẽ quãtum ſufficit ad præſentem vtilitatem,tantum ſolum dicẽdum, quoniam poſſibile fieri definitionis,& eius quod quid eſt, eſſe ſyllogiſmum. Nam ſi terminus eſt oratio, quę quid eſt eſſe rei indicat: & oportet ea quæ in termino ponuntur, in eo quod quid eſt de re ſola prædicari:prędicantur autem ſola in eo quod

C quid eſt,genera, & differentiæ, manifeſtum, quoniã ſi quis ſumat ea,quę ſolum de re in eo qđ quid eſt p̃dicari oportet, quòd hęc habens oratio, terminus ex neceſsitate erit:non enim cõtingit aliud eẽ terminum, eo quòd nihil aliud in eo quod quid eſt de re p̃dicatur, quod igitur poſſibile eſt ex termino ſyllogiſmũ

20. ſocus. Declatio. fieri,manifeſtum.Ex quibus autem oportet conſtruere, determinatum eſt quidem in alĳs diligentius,ad propoſitam autem

D methodum ĳdem loci vtiles.Inſpiciendum enim in contrarĳs, & in alĳs oppoſitis,& totas orationes,& ſecundũ partem conſideranti.Nam ſi oppoſita oppoſitę,& eam,quę dicta eſt, propoſiti neceſſe eſt eſſe. Quoniã autẽ 21.Locus Declatio. contrariorũ plures complexiones,ſumendum eſt ex cõtrarĳs qualiſcunque maxime apparebit contraria definitio:totas igitur definitiones, quemadmodũ dictum eſt,conſiderandum. Se-

E cundum partem autem hoc pacto,primum quidem quoniam aſſignatum genus recte aſſignatum eſt. Nam ſi contrarium in 22.Locus. declatio. contrario, propoſitum autẽ nõ eſt in eodem,manifeſtum, quoniam in contrario erit, eo q̃ neceſſe eſt contraria in eodem genere,vel in contrarĳs generibus eſſe.Et differentias quidem con 23. locus declatio. trarias de cõtrarĳs arbitramur prædicari. Vt de albo & nigro, nam ille quidem diſgregatiuũ, hoc autem congregatiuum vi-

F ſus:quare,ſi de contrario contrarię prędicantur, de propoſito q̃ aſſignatę ſunt prędicabuntur: quapropter, quia & genus, & differentiæ recte aſſignatę ſunt, manifeſtum, qm̃ definitio erit, quę aſſignata eſt. An non ne- Dubitatio ceſſarium eſt de contrarĳs differentias prędicari, niſi in eodem genere ſint contraria? quorum autem genera ſunt contraria, nihil prohibet eandem differentiam de vtriſque dici, vt de iuſti

G tia, & iniuſtitia: nã illa quidem virtus, hæc autem vitium animæ. quare id, quod eſt animæ, differentia de vtriſque dicitur, eo quôd & corporis eſt virtus & vitium: ſed hoc verum, quod contrariorum, aut cõtrariæ, aut eædem differentiæ ſunt: ſi ergo de contrario cõtraria prædicantur, de hoc autem non; manifeſtum, quoniam quę dicta eſt, de hoc prædicabitur. Vniuerſaliter autem dicẽdo, ſi definitio eſt ex genere, & differentijs, ſi ſit contrarij definitio manifeſta, & quę propoſiti definitio, manifeſta erit. Nam, quoniam cõtrarium ineodem genere, vel in contrario, ſimiliter autem & differentiæ, aut contrariæ de contrarijs, aut eadẽ prædicãtur, dilucidũ, quoniã de propoſito, aut idem genus prædicabiturqd' de contrario, differentiæ autẽ contrariæ, vel omnes, vel aliquæ, reliquæ autẽ eædẽ, aut cõtra, differentiæ quidẽ eædẽ, genera vero cõtraria, aut ambo contraria, & genera & differẽtia, nã eadẽ eſſe ambo non cõtingit, ſi aũt ſecus, definitio eadẽ cõtrariorum erit. Amplius, ex caſibus, & cõiugatis. Neceſſe eſt enim cõſequi genera generibus, & terminos terminis: vt ſi obliuio eſt ſcientiæ amiſſio, & obliuiſci, amittere ſciẽtiã erit, et oblitũ eſſe, amiſiſſe ſcientiã, vno igitur quolibet eorum quæ dicta ſunt confeſſo, neceſſe eſt & reliquia confiteri. Similiter autem & ſi corruptio, diſſolutio ſubſtãtię, & corrũpere, diſſoluere ſubſtãtiã, & corruptiue, diſſolutiue: ſi corruptiuũ diſſolutiuum ſubſtãtiæ, & corruptio, ſubſtãtię diſſolutio. ſimiliter autem & in alijs. Quare vno quouis ſumpto, & reliqua omnia confiteaẽ oportet. Eſt ex ſimiliter ſe habentibus adinuicẽ. Nã ſi ſalubre eſt effectiuũ ſanitatis, & habile effectiuũ bonæ habitudinis erit, & adiutiuũ effectiuũ boni: nã ſimiliter vnũquodque eorum, quæ dicta ſunt, ad ſuum finem ſe habet: quare ſi vnius eorũ definitio eſt effectiuũ eſſe finis, & reliquorum cuiuſque ſic erit definitio. Amplius, ex eo q eſt magis & ſimiliter, quod eſt ſimiliter, quoties contingit conſtruere duas ad duo comparantem. Vt ſi magis hæc huius quã iſta iſtius definitio, iſta autem, quę minus definitio eſt, & hęc quę magis: & ſimiliter hęc huius. & iſta iſtius: ſi altera alterius, & reliqua reliquę. Vna aũt definitio ad duo comparata, aut duabus definitionibus ad vnũ, neutiquã vtilis ea, quę ex magis eſt cõſideratio. Nã neque vnam duorum, neq; duas eiuſdem definitiones poſſibile eſt eſſe. Sunt autem oportuniſſimi locorũ, & qui nũc dicti ſunt, & qui ex caſibus, & qui ex cõiugatis, quocirca & oportet maxime detinere & prõptos habere hos: vtiliſſimi enim ad plurima. Aliorũ aũt ij qui maxime ſunt communes. Nã illi maxime reliquorũ efficaciſſimi:

24. locus. Declatio.

25. locus. Declatio.

26. Locus Declatio.

27. locus. Declatio.

28. locus. Declatio.

29. Locus Declatio.

A cacisſimi: vt inſpicere in ſingula
ribus, & in ſpeciebus conſidera-
re, ſi cõueniat definitio, eo quod
vniuoca ſpecies eſt: eſt autẽ vti-
lis hic locus ad eos, qui ponunt
ideas eſſe, quemadmodũ prius
30. Locus Declatio. dictũ eſt. Amplius, ſi per meta-
phoram dixit nomen, vel idem
de eodem prędicauit vt diuer-
ſum: & ſi quis alius cõmunius
& efficax locorũ, illo vtendum.

Sermo de locis Eiuſdem & Alius, quæ referuntur in Septimo. Cap. I.

B

HAE quidem loca, vt di-
ximus, vtilia ſunt defini
tionibus: conſtruentes
enim conſtruunt aliquã
conditionem. expedit nãque quod
definitio, & id, quod nomen ſignifi-
cat, ſint vnum. Deſtruens autẽ ſuffi-
cit ei, quod deſtruat definitionem.

Vnum autem dicitur modis præ
dictis in præcedẽtibus: quorum pri
mus eſt vnius nomine ſecundum ſe,
loca autem vtilia ad hoc quæſitum
ſunt fortiora locorum cõmunium
omnibus quæſitis, pront ſunt loca
C cõiugatorum, & caſuum, & oppoſi-
torum, & generationis, & corruptio
nis, & caularum gignentium, & cor
rumpentium, & prioris, & dignio-
ris. verbi gratia in coniugatis, ſi iuſti
tia & fortitudo ſint vnę ſecundum
ſe, iuſtus & fortis eſt vnus ſecũdum
ſe. Oppoſitorum autem exemplum
eſt, ſi luſtitia & virtus ſint vnum ſe-
cundum ſe, iniuſtitia & vitium ſunt
vnum ſecũdum ſe. Et exemplum in
generatione & corruptione eſt, ſi pa
ries & palatium ſunt vna res ſecun-
dum ſe, ædificans parietẽ & palatiũ
eſt vnus ſm ſe. Et exemplum prioris D
& dignioris eſt, ſi nominatio ſit di-
gnior ꝙ ſit nomẽ q̃ quod nomina-
tur, et nominatio non ſit nomen: di-
gnius itaq; eſt ꝙ nominatũ non ſit
nomẽ. Et horũ locus eſt proprius, ſi
fuerit duæ res, quarum vtraque ſit
maior, & magis diligenda, quã vna
eadem res, illæ ſunt vna eadem res.
Cuius exẽplum eſt, quod explicue-
runt quidam vetuſtiores, quod vita
ſtudioſi ſit eligibilior omni vita. Et
in hunc locũ eſt paralogiſmus, quia
homo & animal ſunt præſtãtiſſima
generabiliũ & corruptibiliũ, & non
ſunt vnũ ſm ſe, ſed oportet ꝙ illarũ E
vna nõ ambiat alterã: ſin autẽ, vna
eſſet præſtãtior altera: hic autem lo
cus, quem Ariſto. dicit veracem in
eo ꝙ dicitur maius & præſtantius,
fit quando fuerint vnum numero.

Secũdus autẽ locus eſt, ſi fuerint
duæ res, quarũ vtraque vni rei ſunt
vnũ ſm ſe, ambæ illę ſunt vna ſecun
dum ſe. verbi gratia, ſi vinum & me
rum ſecundũ ſe vna res eſſent cum
ceruiſia, & vtraque eſſent vna res ſe
cundũ ſe, & ceruiſia & vinum ſunt
vnum ſecundum ſe, ſicque merũ &
ceruiſia ſunt vnum ſecundum ſe. F

Tertius locus eſt, ſi duæ res infe-
rant vnam rem ſecundum ſe, aut in
ferantur ex vna re ſecundum ſe, illæ
ſunt vna, ſi autem non inferant, non
ſunt vna. gratia exempli, ſi ob merũ
& vinum ſit vna res ſecundum ſe:
vtpote ipſa ebrietas, illæ ſunt vna. Et
exemplum illorum, quę inferuntur
ex vna re, eſt, vt ſi ex ſucco vuarum,
quod muſtum dicitur, ſint merum
& vinum, merum itaque & vinum
ſunt vna res.

Quartus aũt locus eſt, ſi vtraq; nõ
ſint in vno genere prędicamẽtorũ,

G nõ ſunt vnũ: & ſi genus ſit vnum, & illorum non ſint vnæ differentiæ ſecundum ſe, illa non ſunt vnum, vt differentiæ nominum non ſunt nominatorum.

Quint⁹ locus eſt, ſi vnũ ſuſcipiat magis & minus, & alterũ non ſuſcipiat, illa non ſunt vnum: & ſi ambo ſuſcipiant magis & minus, ſed non ſuſcipiunt ipſum ſiſ, vt amor & appetitus coitus, illa non ſunt vnum.

Sextus locus eſt ex appoſitione, ꝙ cõſideret. quia ſi fuerint duæ res, quarũ qñ vtraq, apponitur vni rei, non fit collectum vna res, illæ non
H ſunt vna res: & ſiſr, ſi imminuatur ab vtra illarum vna res ſm ſe, & reſidua differant, illæ non ſunt vna. exẽpli gratia, qui dixerit, ꝙ medij duplum & medij dupla ſint vna res ſecundum ſe, ſi ita eſſet, ſequeret, qñ ab vtriſq; imminueretur medium, ꝙ reſidua eſſent vnum.

Septimus locus eſt, ꝙ conſideremus duas res, quas poſueramus eſſe vnam: & ſi poſſit vna auferri, & altera remaneat, non ſunt vna. v. gr. qui poſuit aerem & vacuum eſſe vnam rem ſm ſe, quia ſi nos imaginemur ablationem aeris, poſſet eſſe vacuũ,
I immo forſitan dignus eſſet ipſm eſſe cum aeris ablatione.

De conſtructione, & deſtructione prædicatorum loci. Cap. 2.

31. Locus. Declatio. QVoniam autem difficilius eſt conſtruere, q̃ꝑ deſtruere terminũ, ex ñis, quæ poſtea dicentur, manifeſtum. Nam noſſe ipſum, & ſumere ab interrogantibus huiuſmodi propoſitiones non facile, vt quod eorũ, quæ ſunt in aſſignata oratione hoc quidem genus, K illud autem differentia, & quod in eo quod quid eſt, genus & differentiæ prædicantur. Sine his vero impoſſibile eſt definitiõis ſyllogiſmum fieri: nam, ſi quædam, & alia in eo quod quid eſt de re prædicantur, incertũ vtrũ ne quę dicta eſt, an alia eius definitio eſt, eo quòd definitio eſt oratio quod eſt indicans. Manifeſtum autem & etiam ex his, nam facilius vnum concludere; q̃ꝑ multa. interimenti quidem L ſufficit ad vnum differere: vnũ ꝙ enim quocunq; ſit, deſtruentes, interempturi ſum⁹ terminum: at conſtruenti omnia neceſſe eſt conſtruere ꝙ inſint, quę in termino ſunt. Amplius, conſtruẽti quidem vniuerſaliter ſtatuendum ſyllogiſmum, (nam oportet de omni, de quo nomen prędicari, & terminum, & etiã adhuc cõuerti, de quo orationem, & nomen, ſi debeat proprius eẽ aſſignatus terminus:) deſtruenti vero non neceſſe oſtendere M vniuerſaliter: ſufficit enim oſtẽdere, ꝙ de quopiam eorum, quę ſub nomine ſunt oratio non verificatur, & tametſi vl'e oporteat deſtruere, non tamen conuerti neceſſarium, & in deſtruendo. nam, ſufficit deſtruenti vni uerſale, oſtendere, quod de aliquo eorũ, de quibus nomen prędicatur, oño non prędicatur: at è conuerſo non neceſſarium, vt oſtendatur, ꝙ de quibus oratio non 32. Locus. Declatio. prædicatus, neq; nomẽ p̃dicet:

Am-

A Amplius etiã, ſi omni ei ineſt, quod ſub noïe eſt, at non ſoli, in terempta eſt definitio. Silr autẽ & circa propriũ, & genus ſe habet. In vtriſq; enim deſtruere q̃; conſtruere facilius eſt: de proprio quidẽ manifeſtũ, ex ijs quę dicta ſunt: nam, vt plurimũ in complexione propriũ aſsignaĩ, quare deſtruere quidẽ eſt, vnũ interimenti, cõſtruenti autem, omnia ratiocinatione colligere neceſſe eſt: penè autẽ, & reliqua oïa quæcunq; ad definitionem,
B & ad proprium conueniet dici: nam, & omni oportet quod ſub noïe eſt, conſtruenti monſtrare, q̃m ineſt: deſtruenti aũt ſufficit oſtendere vni non ineſſe: ſi vero & omni ineſt, at non ſoli, etiã ſi deſtructũ fit: perinde, ac & in definitione dicebaĩ. De genere autem, q̃m conſtruere quidem neceſſe eſt vno modo, q̃ omni oſtẽdit ineſſe, deſtruenti aũt dupliciter: nam ſiue nulli, ſiue alicui oſtenſum ſit non ineſſe, interempum eſt quod in principio. Item con-
C ſtruenti quidẽ non ſufficit, q̃m ineſt oſtendere, ſed, & q̃ñi, vt genus ineſt oſtendendũ: deſtruẽti aũt ſufficit oſtendere non ineſſe, vel alicui, vel nulli: videtur aũt, quẽadmodum in alijs, corrũpere q̃; facere facilius, ſic & in his,
33. Locus. Declatio. deſtruere q̃; conſtruere. In accidente vero vl̃ẽ quidẽ facilius deſtruere, q̃; conſtruere. Nam conſtruenti quidẽ oſtendendũ, q̃m omni, deſtruẽti aũt ſufficit oſtẽdere vni non ineſſe. Particulare vero è conuerſo, nam facilius cõ D
ſtruere, q̃; deſtruere. Cõſtruẽti 34. Locus. Declatio.
enim ſat eſt oſtendere alicui ineſſe: deſtruenti aũt oſtendendũ, q̃m nulli ineſt. Manifeſtum aũt, qua de cauſa omniũ facillimum eſt terminum deſtruere. Plura enim ſunt in ipſo data multorũ dictorũ, ex pluribus aũt citius fit ſyllſs: nam veriſimile in multis, magis q̃; in paucis peccatũ
35. Locus. Declatio. fieri. Amplius, ad terminũ qui dem contingit, & per alia argumentari, ſiue enim non propria E
ſit definitio, ſiue nõ genus quod aſsignaĩ, ſiue non ineſt aliquod eorũ quæ ſunt in definitione, interempta ſit definitio: ad alia autem neque ea, quæ ex terminis, neq; alia contingit oïa argumentari. ſola enim ea quæ ad accñs, cõia ſunt omnibus prædictis: ineſſe enim oportet vnumquodq; eorũ, quæ dicta ſunt: ſi aũt non, vt propriũ ineſt genus, nõdum interemptum eſt genus: ſilr autẽ & propriũ non neceſſariũ, vt genus ineſſe, neq; accidens, vt ge- F
nus, aut propriũ, ſed ineſſe tm̃, quare non poſsibile ex alijs ad alia argumentari, niſi in definitione ſolũ. Manifeſtũ igitur, q̃m facillimum omniũ eſt, terminũ interimere, conſtruere aũt difficillimũ: nam, & illa oportet oïa ratiocinatione colligere, & qđ inſunt quæ dicta ſunt, & q̃ genus, quod aſsignatũ eſt, quod q̃; propria definitio: & adhuc prẽter hæc q̃ indicat qđ eſt eſſe oratio: & hęc probe oportet feciſſe.

Aliorũ

G Aliorum aũt propriũ maxime hmõi. Nam interimere quidẽ facilius, eo ꝙ ex pluribus plerũq; fit. Conſtruere aũt difficillimũ, qm̃ multa oportet aſtruere, & adhuc qm̃ ſoli ineſt, & qm̃ conuerſim prædicaſ de re. Facillimum aũt omniũ conſtruere accidens. Nã in alĩs quidẽ nõ ſolũ ineſſe, ſed, & qm̃ ſic ineſt oſtendendũ: in accidente vero, qm̃ ineſt duntaxat, ſufficit oſtendere. Deſtruere aũt difficillimum eſt accidens: quia, q̃; pauciſsima in eo data ſunt: nõ enim conſignificat in accidẽte quo modo ineſt: Quare in alĩs quidẽ dupliciter interimere cõtingit, vel oſtẽdendo ꝙ nõ ineſt, vel ꝙ nõ ſic ineſt: in accidente vero non contingit interimere niſi oſtẽdendo ꝙ nõ ineſt. Loci, per quos copioſi erimus ad ſingula quæq; problematum argumentari, fere ſufficienter annumerati ſunt.

36. Locus. Declatio.

37. Locus. Declatio.

38. Locus. Declatio.

H

Sermo de locis prædicatorum vnius, & Alterius. Cap. 2.

I ET vl'r, vt ait Ariſto. expedit deſtruere loca eiuſdem, & alius ex rebus p̃dicatis de vnoquoq; illorũ quouis modo fuerit p̃dicatio, & res, q̃ de illis prædicaſ, ſi fuerint differentes ſm aliquẽ locorum, nõ ſunt vnũ. rerum enim q̃ ſunt vnæ, quicquid prædicaſ de vna illarũ, oportet ꝙ prædiceſ de altera, & de rebus, de quibus p̃dicaſ vna illarũ, expedit, ꝙ prædiceſ altera: hoc aũt ſic exiſtẽte, vtilia ſunt huic loca p̃dicta de quęſitis abſolutis, q̃ ſunt quæſita accidentis, prout eſt locus partitionis, & locus cõpoſitionis, & locus defiõnis, & loc⁹ illationũ. Et ex quo vnũ dr̃ va K rijs modis, ſi cõmonſtraret de re, ꝙ ſit vna numero, cõmonſtratũ eſt, ꝙ ſit vna ſpecie, & genere, & ſi cõmonſtraret, ꝙ eſſet vna ſpecie, aut genere, nõ eſſet cõmonſtratũ ipſam eſſe vnã numero. hæc itaq; eſt ſumma locorũ, quæ retulit Ariſt. in hac partitione. Et dicit Ariſt. ꝙ nõ ſibi conſtant p̃deceſſores Dialectici in eo, ꝙ definitio cõmonſtretur ſyllo, ſed illam ſupponebant ſubiectione quadam, put Geometræ faciũt de multis definitionibus. Nos aũt videmur oſtẽdiſſe ex noſtra oratione, ꝙ definitionis ſit ſyll's, & cũ hoc apparent L regulæ, quibus hæc cõmonſtret. Præſtantiſſima autẽ loca, ex quibus ſumunt definitiones in hac arte, ſunt loca coniugatorũ, & caſuum, & vt vniuerſaliusinquã, loca cõia, ſicut ſunt loca oppoſitorũ, &c. Et hęc ſũt quæ expedit nobis prompta eſſe circa hanc operationẽ pro maiori pte. Deĩde expedit dinumerare loca particularia, ſicut eſt locus, vbi dictum eſt, ꝙ, qñ definitio in ſuo cõplemento decernit definito ſupadditionẽ, aut defectũ, non eſt definitio, prout definitio rerũ ſenſatarũ non conuenit definitioni idearum intelligibi- M lium, quas ponit Plato. mot⁹ enim, qui vr̃ in illarum definitionibus, eſt impoſſibilis abſtractis, & alia loca particularia. Scire vero pfecte ſpẽs definitionum, & ſcire res, ex quibus componuntur, iam dictũ eſt in lib. Poſteriorum Analyticorum. Sicq;, qñ cõnecterentur hæc locis demonſtratiuis prædictis hic in inueniendo ſyllogiſmum de definitione, iam completa eſſet nobis ſciẽtia artis definiẽdi ſimpliciter. & hic explicit ſecunda pars huius libri.

Ariſt.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER VIII.

SVMMA LIBRI.

De Locis aptis ad instruendum Interrogantem, & de locis pro Respondente, ac deniq; de Locis communibus interrogantis, & respõdentis.

Loci ad instruendum Interrogantem. Cap. 1.

1. Locus. Declatio. B POst hæc autem de ordine, & quonam pacto oportet ĩterrogare, dicendum. Oportet autẽ primum quidem, eum, qui interrogare debet, locũ inuenire, vnde fit argumentandum: secundum aũt interrogare, & ordinare singula apud seipsum: reliquũ vero & tertiũ dicere iam eadẽ ad alterũ. 2. Locus. Declaue. Quòd autẽ inueniat locum, sitr Philosophi, & Dialectici consideratio: subinde vero C illa ordinare, & interrogare, proprium Dialectici, ad alterum. n. omne quod tale est, Philosopho autem, & quærẽti per seipsum, nihil curæ est si vera quidẽ sint, & nota, per quæ syllogismus, & non ponat ea qui respondet, eo q; propinqua sint illis, quæ sunt ex prĩcipio, & præuideat quod subsecutum est, sed fortasse & studiose aget, quoniã maxime notæ, & propinquæ sunt dignitates: ex illis enim scientifici syllogismi, loci igit vnde oporteat

Dria Dialectici & Philosophi.

sumere, dicti sunt prius, de ordine aũt, & interrogatione dicendum. diuidendæ propositiones quæcunq; sumendæ sunt ad necessarias, necessariæ autẽ dicuntur, per quas syllogismus fit. D

Quæ autem ad has sumuntur, quatuor sunt. Aut enim gratia inductionis, vt det vniuersale, aut ad magnitudinẽ orationis, aut ad occultationem conclusionis, aut, vt dilucidior fit oratio: præter has autem nulla est assumenda propositio, sed p has augere, & interrogare tentãdum. (Sunt autem quæ ad occultationem, certaminis gratia, sed quia omne, quod huiusmodi est, negocium ad alterũ est, necesse est, & illis vti.) Necessarias igitur, p quas fit syllogismus, non statim præordinãdum, sed abeundum ad suprema. Vt non postulet qs contrariorum eandem disciplinam, si hoc voluerit sumere, sed oppositorum: posito enim hoc & quoniam contrariorum eadẽ disciplina syllogismo colliget, eo q; ex oppositis, sunt cõtraria. F 3. Locus. Declaue. E 4. Locus Declaue.

Si vero illam non ponat, per inductionem sumendum proponenti in particularibus contrariis. Nam aut per syllogismum, aut per inductionẽ necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autẽ syllogismo.

Quæcunq; autẽ valde manifestæ sunt, illas quoq; oportet præponere: nam immanifestius est semp in abscessu, & inductione, quod secuturũ est, et simul ipsas 6. Locus. Declaue.

necessa-

G neceſſarias proponere, et qui nõ poteſt illo modo, ſumere eſſe paratum, quæ vero ad has ſumptę ſunt, accipiendæ quidẽ illarum gratia. Vnaquaq; aũt earũ hoc modo vtendum inducentẽ quidem à ſingularibus ad vłia, & à notis ad ignota: nota aũt magis quæ ſm ſenſum, vel ſimpliciter, vel multipłr, vel multitudini.

7. Locus Declatio. Occultantem vero, ratiocinatione præcolligere oportet ea, p quæ ſyłs eiꝰ quod ex principio

H ẽ debet fieri: & hęc, vt plurimũ. Erit aũt hoc, ſi quis non ſolũ neceſſarias, ſed & earũ, quæ ad illas ſunt vtiles, aliquã ſyllogizauerit.

8. Locus. Declatio. Amplius, cõcluſiones nõ dicere, ſed poſtea ratiocinatione colligere, ſubitarias. Sic enĩ longiſsime abſcedet ab ea, quæ ex principio, poſitione: vłr autẽ dicendo, ſic oportet enim interrogare qui occulte interrogat, vt ſterrogata omni oratione, & eo dicente concluſionẽ, quæratur propter quid: id aũt erit maxi-

I me per antedictũ modum: nam ſola vltima dicta cõcluſione, im manifeſtum qũo accidit, eo q̃ non præuidit reſpõdens ex quibus accidit, non per membra digeſtis prioribus ſyllogiſmis: minime aũt per membra digeritur ſyłs concluſione, cùm non eius ſumptiones ponuntur, ſed cùm illa ſumuntur, à quibus ſyłs fit.

9. Locus. Declatio. Vtile aũt & non continua poſtulata ſumere, ex quibus ſyłs, ſed viciſsim ad aliam, & ad aliã concluſionẽ. Nam poſitis cõuenientib⁹ iuxta ſeinuicẽ, magis quod K accidit ex ipſis manifeſtum.

10. Locus. Declatio. Oportet aũt & definitione ſumere, in quib⁹ poſsibile eſt, vniuerſalẽ propoſitionem, nõ in ipſis, ſed in coniugatis. Nam decipiũt falſa ratiocinatione ſeipſos, qñ in coniugato ſumitur definitio, ſi non vłe concedunt. vt ſi oportet ſumere, q̃ qui iraſcitur appetit pœnam, ſumaẽ autẽ, ira appetitus eſſe pœnę propter apparentẽ paruipenſionem: manifeſtum aũt, qm̃ hoc ſumpto, ha- L bebimus vłe quod præelegim⁹: at eis, qui in ipſis proponunt, ſępe accidit, vt abnuat reſpõdens eo q̃ magis ſe habeat in ea re inſtantia. vt q̃ non omnis qui iraſcitur appetit pœnã: nam parentibus iraſcimur quidem, nõ autem pœnã appetimus. Fortaſſe aũt non vera inſtãtia eſt: nam à quibuſdã ſufficiens pœna eſt, triſtari ſolum, & facere pœnitere: verũtamen habet aliquid veriſimile, vt non videaẽ irrationabiliter negare propoſitũ: in iræ M aũt definitione, non ſimiliter facile eſt inſtantiã inuenire. Prę- 11. Locus. terea proponere par eſt: non vt Declatio. ppter idipſum, ſed alterius gratia eum qui proponit: nam deuitant ea, quæ ad poſitionem ſunt vtilia. Simpliciter aũt dicẽdo, 12. Locus. q̃ maxime facere dubiũ, vtrum Declatio. quod proponitur, an oppoſitũ ſumere vult. Nã dubio exiſtente quidnam ad poſitionẽ eſt vtile, magis quod ſibi vr̃ ponunt.

Amplius, per ſimilitudinẽ in- 13. Locus. terrogare. Declatio

A terrogare. Nam & verisimile, & latet magis vſe. vt quēadmodū scientia & ignorantia contrariorum eadem, sic & sensus contrariorū idē: aut è conuerso, posteaq; sensus idem contrariorū, & scīa: hoc autē est simile inductioni, non tñ idem: nam ille quidem à singularibus vſe sumit, in similibus autē non est quod sumitur vſe, sub quo omnia similia sunt.

14. Locus. Declatio. Oportet aūt & ipsum sibimet qñq; instantiam ferre. Nam in-

B suspecte se habent respondentes ad eos, qui videntur iuste argu-

15. Locus. Declatio. mentari. Vtile aūt dicere quod consuetum, & quod dicit tale. Nam pigrescunt quod solitū est dimouere, instantiā non habentes: simul autē, & quia vtuntur

16. Locus. Declatio. & ipsi talibus, cauent ea dimouere. Amplius, non sedule agere, & si oīno vtile sit. nam aduersus sedule agētes, magis renitun-

17. Locus. Declatio. tur. Et vt in similitudine proponere, quod propter aliud aliquid proponitur, & non pp se

C ipsum, vtile ponēt magis. Amplius, nō id proponere qđ oportet sumere, sed cui consequens, id est ex necessitate. Nam, & magis concedunt, eo quod non sit ex hoc manifestum sit, quod cō secuturū est, et sumpto hoc, sum-

18. Locus. Declatio. ptum est & illud. Et id vltimo interrogare, quod maxime vult sumere. Nam maxime prima renuunt, eo q plurimi interrogantiū prima interrogāt, circa quæ

19. Locus. Declatio. vel maxime studēt. Ad quosdam aūt prima quæ vtilia sunt proponere. Nam proterui maxime prima admittunt, nisi omnino manifestum sit quod secuturum est, in fine autem proteruiunt: sit autem & quicunq; arbitrantur acuti esse in respōdendo, ponētes enim prima, in fine recantāt, tanquā nihil acciderit ex ñs quæ posita sunt: ponūt autem prompte, confidentes habitui, & arbitrātes nihil se esse passuros. Amplius, prolongare, & 20. Locus Declatio. interponere quæ nihil sunt vsui ad orationem, quemadmodum

E pseudographia vtētes. Nam cū sint plura, immanifestū in quo falsū sit, quare & occultāt qñq; interrogātes, in absconso proponentes ea quæ p se proposita, nō ponerentur: ad occultationem igitur, dictis est vtendum.

Sermo de quatuor intentionibus topicis. Cap. I.

D Ecet post hæc loqui de ordine interrogationis & responsionis: & hinc exordiemur ordinē interrogationis, & qūo conueniat illā

F facere. Primum quidē quod expedit interroganti est, q quærat locū topicum, vnde faciundus sit syll̄s. Et secundo, q coaptet interrogationē, & ordine ponat omnē rem, prout interest. Tertio, q de hoc loquat cum alio, & Philosophus & Dialecticus conueniunt in hoc. Ordo vero & interrogatio sunt propria Dialectico: huius aūt causa est, quia syll̄s dialecticus fit inter interrogantē & respōdentem, syll̄s autem demōstratiuus fit infra seipsum: & ideo demonstrator, qñ eius p̄missæ fuerint veraces,

non

G nō curat an admittat eas alī⁹, necne. Iam aūt in præcedentibus deſcripſimus loca dialectica, ex quibus fiunt ſyllī, quibus vtiſ hęcars, & ante hoc deſcripſim⁹ ſyllogiſmos dialecticos, & ſuas ſpēs, & ſuas partes, & illorum coaptationē, nunc aūt exordiamur hinc, & dicamus, q̄ p̄miſſæ, quæ fiūt in hac arte primo ſunt duarū ſpecierum, aut ſunt præmiſſæ neceſſariæ, & ſunt ex quibus fit ſyllſ primo, & infertur inde concluſio illatione neceſſaria, aut præmiſſæ, quæ dum cō nectunt bis præmiſſis neceſſarijs in hac arte, fiunt magis amplificantes H intentionē, quæ intendit per illas & vehemētioris actionis, ſ. deſtructionis poſitionis, quā reſpondens procurat obſeruare. Et hę quidē fiūt ob quatuor intentiones, quarū Vna eſt certioratio de reſpondente in admiſſionē præmiſſarum neceſſariarum, quarū priuatio admittēdi à reſpondente non creditur, q̄ non fuerint maxime diuulgationis. Secūda intentio eſt occultatio cōcluſionis inferibilis ex præmiſſis neceſſarijs ipſi reſpondenti, vt interrogāti facilius ſit admittere, quod admitti ab illo procurat. Tertia intentio eſt rei ornamentū, & decoratio, & amplificatio. I Et quarta intentio eſt illius declaratio & manifeſtatio. Hæc itaq; ſunt quæ pollicent. Duæ aūt primæ intētiones ſunt huic arti propriæ, in tertia vero & quarta cōuenit, qui habet hanc artē, cum illo qui habet artem demōſtratiuā, & præcipue orationis declaratio & manifeſtatio ē, quod propriū eſt huic arti de vtēdo præmiſſis extraneis, quæ præmiſſæ ſunt ſpeciei propriarū arti oratoriæ & arti ſophiſticæ, & oſtenduntur in ſingulis artib⁹. Præmiſſæ vero, quę fiunt ad certiorandū de reſpōdente K circa id, de quo nō confidit interrogans de illo, vt ei admittat ip̄m, ſunt duarū ſpecierū. Quarū vna eſt præmiſſa q̄ vniuerſalium ambientium neceſſarias: & hoc quidem fit, q̄ interrogans nō interrogaret ipſasmet præmiſſas neceſſarias, ſed interrogaret vſes illas ambientes, & procuraret hoc quantū ei poſſibile fuerit, q̄ ſumat vniuerſaliſſimū, quod inuenerit illis præmiſſis, quas admittendas procurat. q̄ enim reſpondens admiſerit præmiſſam vſem, impoſſe eſt ei negare particularem, quæ illi ſubeſt. vt verbi gratia, q̄ vellemus L admitti, q̄ cōtrariorum ſcientia ſit vna, expedit q̄ nō quæramus, an cōtrariorum ſcientia ſit vna, ſed quęramus, an oppoſitorum ſcīa ſit vna. Differentia aūt inter has p̄miſſas, quæ proferuntur ad certiorationē, & vſes, quæ proferuntur, vt eis conſtrent particulares, quæ ei ſubſunt, eſt hæc, nā fiunt ſm̄ modū patefaciendi quęrendo locū, vbi ſint particulares, quas procurat admitti per ſe notas in hac arte, ſ. q̄ ſint vulgares: & ideo numerabantur inter neceſſarias, hæ autem fiunt per id, quod deforis eſt, quę ſolum differūt M ex parte vſus tm̄. Secundæ aūt ſpeciei ſunt præmiſſæ inquiſitiuæ, quæ ſumuntur ad certiorandum de præmiſſis vniuerſalibus, per loca, quib⁹ inquiſitio non eſt de neceſſitate, cōmonſtrandi præmiſſam vſem, q̄ſi enim eſſent de neceſſitate numerarentur inter neceſſarias. prout eſt, q̄ ab illo admittat vice illius q̄ oppoſitorum ſit vna ſcientia, & q̄ contrariorum ſit vna ſcientia, & relatiuorum ſit vna ſcientia, & habitus & priuationis ſit vna ſcientia.

Hæ

A Hæ itaq; ſunt duę ſpecies præmiſſarum, quæ fiunt ad certioratione. Modi vero, quibus euenit cõcluſionis occultatio, prout Ariſto. hic numerat, ſunt treſdecim modi, quorũ quidã eſt prę miſſarũ extranearum, & quidã eſt illarũ quæ fiunt p̃ præmiſſas neceſſarias. Sicq; vnus eorũ eſt, ꝙ non interroget de præmiſſis neceſſarijs, quæ concluderent quæſitum interrogãtis, ſed interroget de p̃miſſis, quæ concluderent p̃miſſas neceſſarias, & attendat in hoc remouere, quantũ diſtantius poſſibile ſit ab interrogãdo p̃miſſas neceſſarias,
B qñ interrogat de præmiſſis ſylſi inferẽtibus p̃miſſas neceſſarias, & hoc quidẽ quantum ſibi poſſibile eſt in remouendo in ipſa interrogatione de ſingulis quæſitis à præmiſſis neceſſarijs: hoc enĩ opus includit duos modos, quorũ vnus eſt occultatio illationis ab ipſo reſpondente ob diſtantiã, quæ eſt inter primũ quęſitũ & p̃miſſas, de quibus interrogat: notum enim eſt, ꝙ, qñ diſtantia fuerit maior, illatio eſt latentior, & ſecundus modus eſt obliuio, quæ accidit ob multas p̃miſſas, quia reſpondẽs obliuiſceret quarundam illarum, &
C nõ cerneret meminiſſe in hoc loci illationis ipſius concluſionis ex illis, & admitteret illas. v.g. ꝙ eẽt primũ quæſitũ, an voluptas ſit bona, & prę miſſæ neceſſariæ, quę inferrent hoc quæſitũ, ſunt dicere, voluptas eſt iucunda, & oẽ iucundum eſt bonum, omnis itaq; voluptas ẽ bona. Et prę miſſę, quæ concluderent minorem huius ſylſi, quę eſt, ꝙ voluptas ſit iucunda, ſunt, voluptatẽ omnia aĩalia cupiunti & quicquid cupiũt omnia animalia eſt iucundum: quæ aũt cõcluderent ipſam maiorem, ſ. dicere, omne iucundum eſt bonũ, eſt dicere, omne iucundum eſt naturale, & oẽ naturale eſt bonũ. hæ itaq; quatuor præmiſſæ concludunt duas prę miſſas neceſſarias, & aliqñ poſſibile eſt, ꝙ ſumamus vice harũ quatuor, ipſas octo præmiſſas, quæ eas cõcludant, aut vice harũ octo ſexdecim p̃miſſas, quæ ipſas cõcludant, & euenit in hoc occultatio, quã narrauimus. Et inuenit etiã alius modus, qui occultat inferre tales p̃miſſas ipſaſmet p̃miſſas neceſſarias. Et vice illarũ præmiſſarum, quæ ſunt neceſſariæ, interrogetur de duabus præmiſſis ſylſi, quæ illas inferũt, & hoc
D eẽt, ꝙ interrogetur de vna illarũ ſmſe, & vice ſecũdæ interrogẽt de duabus ſylſi præmiſſis, quæ illam cõcluderent, & hoc prout poſſibile fuerit, diſtantius remoueri. Et interrogabimus reſpõdentem de alio ſylſo, qui eſt magis diſtans à concluſione, aut de duab⁹ præmiſſis illius ſimul, aut de reliquis ſyllogiſmis, & de vna prę miſſa ſolum, & vice concluſionis ſumemus de omni ſylſo tres præmiſſas, vnã præmiſſam ſyllogiſmi, qui infert & duas præmiſſas ſyllogiſmi, quæ concludunt alteram præmiſ-
E ſam huius ſyllogiſmi, & hoc ĩ ſingulis ſyllogiſmis excepto vltimo. Vt verbi gratia eſt quæſitum, an ſanitas non ſit coæquatio: & ſylſs neceſſarius, qui illud concludit, ſunt duæ præmiſſæ: quarũ vna eſt, ꝙ ſanitas non ſit ad aliquid: & ſecunda eſt, ꝙ coæquatio ſit ad aliquid, & hoc q̃dẽ in ſecunda figura, & interroget ad ipſum quod dicimus, ꝙ coęquatio ſit ad aliquid, & vice illius quod dicimus, ꝙ ſanitas nõ ſit ad aliquid, interrogemus de duabus p̃miſſis neceſſarijs, quę illã inferrent, quæ ſunt
F dicere,

G dicere, ꝙ ſanitas ſit qualitas, & qualitas non ſit ad aliquid: & interrogabimus de altera harum præmiſſarū ſm ſe, ſ. de ea, qua dicimus, ꝙ ſanitas ſit qualitas, & vice alterius, quæ eſt, ꝙ qualitas non ſit ad aliquid, interrogabimus de duab⁹ præmiſſis, quę hanc concluderent, quæ ſunt, ꝙ qualitas dicitur ſm ſe, & quod dicit ſm ſe, non eſt ad aliquid, & de vna præmiſſarū, quæ eſt, quod dicimus, qualitas dicitur ſm ſe, interrogabimus ſm ſe, & vice alterius, ſ. quæ dicit, ꝙ id, quod dicitur ſm ſe, non ſit ad aliquid, interrogabim⁹ de duabus præ
H miſſis, quæ illam concludunt, videlicet dicere ad aliquid dr̄ reſpectu alterius rei, & quod eſt ſm ſe non dicitur reſpectu alterius rei. Et hic ē vltimus ſyll̄s, de cuius ambabus præmiſſis interrogabim⁹ ſimul: ſicq; interrogarem⁹ in hoc exemplo de qnq; præmiſſis ſolū, videlicet de duabus præmiſſis vltimi ſyll̄ici cum vna præmiſſarum ſyllogiſmorū reliquorū, donec finiatur ad ſyll̄m, qui concludat ipſum quæſitū. v. g. ꝙ dicamus, an ad aliqd dicat reſpectu alterius rei, & quod eſt ſm ſe non dicatur reſpectu alterius rei. Deinde his duab⁹
I præmiſſis componemus ſecundam ꝑmiſſam huius ſyllogiſmi, quæ eſt, ꝙ qualitas dicitur ſm ſe, & cōnectemus huic aliā præmiſſam tertij ſyllogiſmi, quæ eſt dicere, ꝙ ſanitas ſit qualitas, deinde his connectem⁹ primam præmiſſam, quæ concludit ipſum quæſitū, quæ eſt, ꝙ coæquatio ſit ad aliquid: & ex his quinq; præmiſſis concluditur nobis quęſitum, quod eſt, ꝙ ſanitas non eſt coæquatio, & fit ſemper numerus præmiſſarum, de quibus interrogat ſi per addendo vnū numero ſyllogiſmorū: nos enim ſumim⁹ de ſingulis ſyllo- K
giſmis vnā pręmiſſam, & ex vltimo duas præmiſſas eius ſimul. Sed huic modo non cōtingit ipſa occultatio, quæ fit ob multitudinē præmiſſar̄. Et ideo oportet interrogantē procurare vtilioré duorum modorum pro ſingulis quæſitis, & notum eſt, quod in tali opere qñ fit interrogatio, non exprimit aliqua res de concluſionibus. Si vero exprimit, & in cōcluſionib⁹ quæſtio ſubiecti, oportet, vt ait Ariſt. ꝙ ſimul poſt interrogationem de ſuis præmiſſis interroget, & non interroget de ſingulis cō
cluſionibus poſt interrogationē de L
præmiſſis, quæ illas concludunt, in hoc enim fit quædam ſpēs occultationis ob occultationem ordinis inter concluſiones & præmiſſas.

Secundus aūt modus occultationis concluſionis eſt, quia, qñ non intendimus deſtructionē alicuius poſitionis, quæ profertur ſm aliquē caſum, expedit ponere interrogationē de pręmiſſis vtilibus ad illius deſtructionem ſm caſum aliū à caſu ipſi⁹ poſiti, immo illud capiemus alio caſu, & proprij iuuaminis eſt hoc prę ceptū in poſitis, pro quorum deſtructionib⁹ vtimur locis definitionis, M
& ſunt poſita, quorū deſtructio intēditur per præmiſſas vl̄es: deſtructio enim in hac arte fit ſm totum, & ſecundum partē. Verūtamen hoc præceptum fuit magis propriū in definitionibus, ex quo impoſſe eſt præmiſſis, quæ ſunt in via definitiouis, ꝙ in ipſis remoueat diſtantia à quęſito, ſicut fit in alijs præmiſſis, definitiones enim ſunt prima principia, vt q proponeret cōmonſtrare, ꝙ De⁹ non denominet per irā definitiue, & proferat interrogatio de definitione

A tione irascẽtis, & dicat, nunquid ira
scens sit, qui appetit vindictã, & in-
terroget de definitione iræ, & dice-
ret, nunquid ira sit appetitus vindi-
ctæ, ponens interrogationẽ hoc mo
do lucrat duo iuuamina, quoꝝ vnũ
est, quia respõdẽs putaret, ꝙ sit dria
inter definitionẽ iræ, & definitionẽ
irascentis, & ꝙ nõ quod admittitur
in definitione iræ, oporteat esse in
definitione irascentis, & hoc est oc-
cultatio quædam: fm autem iuua-
men est, ꝙ, qñ definitio sumitur de
nudata à materia, fit difficilioris de
B structionis. v.g. quia qñ nos dicim⁹,
ꝙ irascens sit qui appetit vindictã,
contradicitur nobis de ira patris in
filium, & de ira in amicos, qñ autẽ
sumeremus definitionem denuda-
tam à materia, non esset facilis hæc
cõtradictio. Huius autem causa est,
quia, qñ prædicatum prædicatur de
subiecto, quod ẽ in materia, in ipsa
materia eueniũt illi accidentia, qui
bus dubitat ipsum inesse subiecto,
sed hoc iuuamen nõ est huius capi-
tuli, quod est conclusionis occulta-
tio, sed per illud facilior fit admissio
præmissæ ab ipso respondente.

Tertius autẽ modus occultatio-
C nis est, ꝙ interrogetur de similibus
præmissis, quas intẽdit admitti à re-
spondente vice ipsarum præmissa-
rum fm se, aut interrogetur de præ-
missis, quæ concludant quid simile
conclusioni quæsitæ, nõ de his, quæ
concludant conclusionem quæsitã,
hic enim colligit cum occultatione
persuasionem, & bonam distinctio-
nem ab ipsa re. v.g. quia, quãdo nos
proponimus concludere, ꝙ vna sit
contrariorum disciplina, non cape-
remus præmissas, quæ concluderẽt
hoc quæsitum, sed caperemus præ-
missas, quæ concluderent conclusio D
nem similẽ huic conclusioni, s. præ-
missas, quæ concluderent ꝙ contra
riorum sensus sit vnus. Et similiter,
qñ proponimus interrogare, nun-
quid contrariorum sit vna scientia,
interrogaremus à simili, & dicere-
mus, nunquid cõtrariorum sit vnũ
iudicium, & euidens est, ꝙ, quando
respondens admiserit rem inesse si-
mili alicui rei, ꝙ iam illam admise-
rit illimet rei. diuulgatum enim est
in hac arte, ꝙ similium idem est iu
dicium ex parte suæ similitudinis.

Quartus aũt modus occultatio-
nis conclusionis est, ꝙ non interro- E
getur de ipsa præmissa vtili in se, sed
interroget de consequente ipsam.
v.g. quia, quando nos proponimus
interrogare, an nox non sit, vice ei⁹
interrogamus, an dies non sit.

Quint⁹ modus occultationis est,
ꝙ in oratione proponamus causas,
& res, quarum non est quid vtile ad
quæsitum oĩno, quod superfluum
est: causas quidẽ ꝙ eloquat de vna
re ꝙ dictiones synonymas, & ꝙ vice
dictionis simplicis eloquatur de illa
per orationem, aut orationes cõpo-
sitas, adeo ꝙ vna præmissa sit secun
dum formam multarũ præmissarꝝ. F
Superfluum vero est, ꝙ introducat
in repetitione præmissarũ vtilium
cõclusioni præmissas inutiles. Iuua
men quidẽ causarum est, quia occu
ltatur à respondente intentio interro
gantis, q d proponat admitti ab illo,
cum eo ꝙ illis est persuasio quædã.
Superflui vero iuuamen est, quia re
spondens putabit, ꝙ de quocunque
ipse interrogetur, sit superfluum, &
permiscetur illi vtile cum inutili, &
in orationis progressu connectem⁹
omnia illa, s. causas, & superfluum,

G & hoc eſt de his, quę accidere faciũt reſpondenti, paſſionẽ, & iuuant interrogantem ex obliuione reſpondentis, ex qua neſciet quid, & euane ſcet, & non ſeruabit aliquid.

Sextus modus eſt, ꝙ argumentet ad præmiſſas apud interrogationẽ de illis præponendo affectus, ꝙ dicatur ꝙ hæ ſint de rebus, quas intellectus admittit, & quas intelligẽs non negaret, & q̃ his ſiſes orationes morales & afficientes, ſunt narratæ in libro Rhetoricorũ: hoc enim occulet ab ipſo reſpondente locũ ambi-
H guitatis & apparentiæ dubij de præmiſſa, qñ difficile eſt dubitare & repellere, quod conſueuit admitti. & hic quidẽ locus facit adipiſci reſpondendi perſuaſionẽ, & cum hoc fit occultatio loci dubij, affect⁹ enim impreſſio, quæ fit reſpondenti, ex hoc excęcat ipſum à cõprehẽdendo cauſas dubij in p̃miſſam. Septimus modus eſt, ꝙ nõ interroget ſolũ de præmiſſa vtili, ſed ſecũ vratur aliquid, quod ipſam occultat, & vt vniuerſalius inquã, ſit ipſius interrogatio de illa ſm formã dubiam, ꝙ hoc enim latet reſpondentẽ mens interrogan-
I tis, & condonaret illi id, quo vinceret ſm eius opinionẽ & aſſeueratio-
nem. Et aliqñ fit hic modus occultationis ei nõ vtendo præmiſſis extraneis, ſed qñ interrogat de p̃miſſis vti lib⁹ interrogatione ambigua. Et totius huius cauſa eſt, quia putaret reſpondens, ꝙ qui interrogat attente procuret oés illas ſpẽs, & ꝙ non dubitet, licet lateat eum, quam partem contradictionis intendat admitti.

Octauus modus eſt, ꝙ ponat interrogationẽ de præmiſſis, quæ putant admitti ob diuerſum ab ipſo q̃ſito, nõ de præmiſſis, de quarũ re appa-
ret ꝙ capiant ob quæſitum. v.g. ꝙ K.
quæſitũ ſit, ꝙ diuitiæ ſint bonæ, quaſi huic conceſſerimus ꝙ diuitiæ ſint eligibiles, mox reſpondens coniectaretur, ꝙ de illa interroget ob ipſum quæſitum. Si aũt vice illius conceſſerimus, ꝙ id, quo fiunt opera virtutum, ſit bonũ, prout eſt indigũ nutrire, putarent, ꝙ huius propoſitum eſſet hinc concludere, ꝙ indigũ nutrire ſit bonũ, & admitteretur hæc præmiſſa, qua admiſſa non remaneret niſi ꝙ interrogetur de p̃miſſa, quam impoſſibile eſſet negare, ſcilicet ꝙ diuitijs nutriatur indigus.

Nonus modus eſt, ꝙ proferantur L.
præmiſſæ de quibus interrogat ſm exemplum, & narrationẽ, dico narrationẽ, ꝙ illas ponat, prout eſt eius elocutio, & ipſas intelligat ſm hanc diſpoſitionẽ. per exemplum aũt intelligo ꝙ illas p̃ferat, ac ſi eſſent metaphora & exemplum alterius rei. Hi itaq; ſunt oẽs modi, quibus fit occultatio per præmiſſas, quæ ſunt de foris, reliqui aũt, quorũ hic fit mentio, ſunt, quæ fiunt p̃ neceſſarias p̃miſſas, quorũ eſt, ꝙ non interroget de præmiſſis ſm ordinem cõcludentem, ſed interrogetur ſm aliam diſpoſitionem, & aliqñ inferantur or- M
dine ſimili alicui concluſioni, quæ non ſit concluſio quæſita. verbi gra, ꝙ primũ quæſitum ſit, an voluptas ſit bona, qñ infereremus præmiſſas ordine, quæ cõcluderent nobis hoc quæſitum concluſione prima, diceremus an voluptas nõ ſit perfectio, & an perfectio non ſit appetitus, & an appetitus non ſit naturalis, & an naturalis nõ ſit bonus, & hinc cõcluderet, ꝙ voluptas ſit bonũ. Et hanc ob cãm in tali quæſito nõ infereret talis ordo, ſed infereret ordine hoc,

quo

A quo putetur, ꝙ intendat cõcludere aliam conclusionem, præter ipsum quæsitum. v.g. in his præmissis ꝙ dicatur, an voluptas non sit perfectio, & appetitus sit perfectio, & naturale sit perfectio appetitus, & naturale sit bonum cum hoc ꝙ respicit conclusionem, quã concluserat primus ordo, respicit etiam alias cõclusiones. Et puto ꝙ hoc deceat, qñ affirmatiuæ fuerint conuertibiles, & maiores præmissæ singulorum horum syllogismorum fuerint negatiuæ. Et ipsorũ est, ꝙ ponat interrogationem
B fm modum, quo nesciat respõdens, an proposuerit sumere ipsam rem, aut eius contradictoriũ, & hoc fit in terrogatione ambigua, non interrogatione indicante, prout esset quæsitũ, an voluptas non sit bona, & vel lemus admitti præmissam vtilẽ, ad hoc, s. ꝙ bonũ sit, quo homo est bonus, & nõ interrogaretur de præmissa interrogatione indicante, vt scilicet, sit propositũ & dictio nunquid, sed interrogaret de illa interrogatione ambigua, cuius destructio sit ꝑ dictionẽ an, vt dicatur, an bonum sit, quo hõ est bonus, aut bonũ non sit, quo homo sit bonus. Et quidam
C illorũ est, ꝙ capiat interrogatio de præmissis vtilibus quęsito, respõdentis enim consuetudinis est festinare ad colluctandum ad primũ, quod ipsum interrogaret quęrens, qñ notum est, ꝙ ꝓcedens in interrogatione est magis estimatũ apud ipsum, nisi sint duæ spẽs interlocutorũ, quarum vna est spẽs illorũ, cui contingit hebetudo & mala complexio frigida ob priuationẽ exercitij, & omissionẽ sui ipsius: secunda aũt spẽs est illorum, qui reputãt se ob ipsos esse præclaræ cogitationis & intellect⁹. Cum illis quidẽ qui sunt primæ speciei vtilius est interroganti, ꝙ festinet per vtilius, qñ enim prolongat illius disceptatio, calefit, & inflammatur eius appetitus, & cõiectatur, quæ non fuerat ꝓmeditatus. Illius vero, qui est bonæ estimationis de se, potestatis est repellere contradictionẽ, qua facilis est in rei initio, & admittit id, quod interrogatur, qñ aũt facta fuerit consideratio, & conjectabitur quid sequatur, negat contra id, quod accidit illi, qui dubius est de se, non confidens constituere eius controuersiam. Et de illis est, ꝙ non ostendat diligentiã solertẽ de
E præmissa, quã proponit admitti, interroget enim de duab⁹ partibus cõtradictionis simul, & interroget de opposito præmissæ, quam proponit admitti. hic enim colligit duas spes occultationis, quarũ vna est, ꝙ respondens putet, ꝙ id, quod explicuisset, sit ex intentione: & secunda est, quia hic putat ꝙ forsan hic admitet alterã præmissam facilius, & hinc fit, ꝙ, qñ illã transfert ad primã, habet propositũ. hęc itaq; est summa omniũ rerum, quas Aristoteles narrauit de absconsione conclusionis.

F

Pro Inductione Respondenti, loci alij. Cap. 2.

21. Loc Declat

AD ornatũ vero, inductione, & cõclusione eorum q̃ affinia sunt. Inductio igit quale quid est, manifestũ: diuidere autẽ hmõi, vt scientiam scientia esse meliorem, aut eo ꝙ exactior est, aut ꝙ meliorũ: et ꝙ scientiarũ aliæ quidẽ sunt contemplatiuæ, aliæ autem actiuæ, aliæ porro effectiuæ: nam vnũquodq; taliũ ꝯornat quidẽ ora

tionem, at non neceſſariũ eſt, vt
22. Locus. Declatio. dicat ad concluſionẽ. Ad diluciditatẽ autem exẽpla, & ſimilitudines afferendũ. Exẽpla autẽ accõmodata, & ex quib⁹ ſcimus qualia Homerus, nõ qualia Cherilus: ſic enim clarius erit quod
23. Locus. Declatio. proponit. Vtendũ aũt in diſſerendo, ſyllo quidem ad dialecticos magis, q̃ ad multitudinẽ: inductione vero cõtra, ad multitudinẽ magis. dictum eſt aũt & de
24. Locus Declatio. his & prius. Eſt autẽ in aliquibus quidem inducẽti poſsibile
H interrogare vſe, in aliquibus vero non facile, eo q̃ non poſitum ſit ſimilitudinibus nomen omnibus cõe, ſed q̃ oportet vniuerſale ſumere, ſic in omnib⁹ talibus eſſe dicunt. Id autem determinare difficillimum eſt, qualia ſunt ea, quæ proferuntur huiuſmodi, & qualia non, & propter hoc ſæpenumero diſsident in diſputationibus, alĩ quidẽ dicentes, ſimilia eſſe quæ non ſunt ſimilia: alĩ vero dubitantes quæ
I ſunt ſimilia, nõ eſſe ſimilia. Quare tentandũ in omnibus talib⁹, ipſum nomina effingere, ut neq; reſpondenti liceat dubitare, q̃ non ſimiliter quod infertur dicitur, neq; interroganti calumniari, vt ſiſr dicto, eo q̃ plura eorum, quæ non ſiſr dicũtur, ſimi-
25. Locus. Declatio. liter videntur dici. Quãdo autem inducenti in pluribus non dederit vſe, tunc iuſtum eſt efflagitare inſtantiam, non dicẽte autem ipſo in aliquibus ſic, non iuſtum eſt efflagitare, in aliquib⁹ non ſic. Oportet enim inducentem prius ſic inſtantiam efflagitare. Efflagitandum aũt inſtantias non in eo quod proponitur ferre, niſi vnũ tantum ſit huiuſmodi, vt dualitas partiũ numerorum ſolus primus. Nam oportet, & eũ, qui inſtat in altero inſtantiam ferre, aut dicere quod hoc ſolum tale eſt. Ad eos aũt, qui inſtant vniuerſali, non in eodem autẽ inſtantiam ferunt, ſed ĩ æquiuoco,) vt quod habeat aliquis non ſuum colorẽ, vel pedẽ, vel manũ, habebit enim pictor non ſuum colorẽ, & cocus pedẽ non ſuum,) diuidendo reuera in talibus interrogandũ eſt. Nam latente æquiuocatione, bene viderentur inſtare propoſitioni. Si autẽ non in æquiuoco, ſed in eodem inſtans præpediat interrogationẽ, oportet auferentem id, in quo inſtantia eſt, proponere reliquum, vſe faciẽdo, donec ſumat quod vtile eſt. Vt in obliuione, & inoblitũ eſſe, nõ enim concedunt eum qui amiſit diſciplinam, oblitum eſſe, eo q̃ tranſeunte re, amiſit quidẽ diſciplinam, oblitus autẽ non eſt. dicendum autem auferenti id, in quo inſtantia eſt, reliquum, vt ſi permanente re amiſit diſciplinam, iccirco oblitũ eſſe. Similiter autem, & contra inſtantes, q̃m maiori bono, maius opponit malũ: proferunt enim q̃m ſanitati minori bono, q̃ bona habitudo, maius malũ opponit: nam ægritudinẽ maius eſſe malum mala

K
26. Locus Declatio.
27. Locus Declatio.
L
28. Locus Declatio.
M

habitu-

habitudine, auferendum igit̃, & in hoc, in quo inſtantia eſt: nam ablato, magis ponet, vt qñ maiori bono maius malũ opponit̃, niſi cõferat alterũ ad alterũ: quẽ admodũ bona habitudo ad ſanitatẽ. Non ſolum aũt eo inſtante hoc faciẽdũ: ſed & ſi ſi ne inſtantia negat, eo quod præuideat aliquid taliũ. Nã ablato eo, in quo inſtantia eſt, compellet̃ ponere, eo ꝙ non præuideat in reliquo, in aliquo non ſic eſſe. Si aũt non ponat, efflagitatus inſtantiã, nõ habebit aſsignare. Sunt autem hmõi propoſitionũ, quæ in aliquo falſæ ſunt, in aliquo aũt veræ, in his enim par eſt auferre, reliquum aũt verũ relinquere.

29. Locus. Declatio.

B

30. Locus Declatio.

Si aũt in multis proponẽti nõ ferat inſtantiã, poſtulandum eſt ponere. Nam dialectica eſt propoſitio, ad quã ſic in pluribus ſe habentẽ, nõ eſt inſtantia. Qñ autem contingit idẽ, & ſine impoſſibili, & per impoſſe ſyllogizare, demonſtranti quidẽ & non

31. Locus. Declatio.

C

differenti, nihil refert vel ſic, vel illo modo ſyllo colligere: differenti aũt non eſt vtendum ꝙ impoſsibile ſyllo. nam, ſi ſine impoſsibili quidem ſyllo colligat, minime fiet, vt dubitent: at, qñ per impoſſe ſyllogizant, (niſi valde manifeſtũ ſit falſum eſſe,) nõ impoſsibile dicũt eſſe, quare nõ fit interrogantibus quod volũt.

32. Locus. Declatio.

Oportet aũt proponere quæcunq; in pluribus quidem ſic ſe habẽt. Inſtantia autem, aut omnino non eſt, aut non in ſuperficie eſt conſpicere: nam qui non poſſunt cõſpicere in quibus nõ ſic, tanquã verũ quidem ſit, ponunt. Non oportet aũt concluſionem interrogationem facere. Alioquin aũt, eo renuente nõ videtur fieri ſyll̃s: nam, & ſæpe cũ non interrogat, ſed, vt ſequẽs infert, negant: & hoc facientes nõ videntur redargui ñs, qui nõ cõſpiciunt quod accidit ex ñs quę poſita ſunt: quando igitur nõ dicens quidẽ accidere, interrogabit, ille autem negabit, omnino non videtur fieri ſyll̃s. Non videtur autẽ omne vl̃e dialectica propoſitio eſſe, vt qd eſt homo? aut quot modis dicitur bonũ? eſt enim dialectica propoſitio, ad quam eſt reſpondere, ſic, vel non: ad dictas autem nõ eſt, quare non ſunt dialecticæ huiuſmodi interrogationes, niſi ipſe determinãs, vel diuidens dicat: vt putasne bonum ſic, vel nõ ſic dicitur? nam ad talia facilis reſpõſio. vel affirmando, vel negãdo: quapropter tentandum ſic proponere huiuſmodi propõnes.

33. Locus. Declatio.

D

34. Locus Declatio.

E

35. Locus. Declatio.

F

Simul autẽ, & iuſtum fortaſſe ab illo interrogare, quot modis dicitur bonum, qñ hoc diuidente, & proponẽte, nullo modo cõceſſerit. Quiſquis autem vnam orationẽ multo tempore interrogat, male interrogat. Nam, ſi reſpõdeat quidem ei interrogatus, quod interrogatur, manifeſtum quod multas interrogationes interrogat, aut frequẽter eaſdem, quare aut nugatur, aut nõ

36. Locus. Declatio.

G habet ſyllſm, nam ex paucis oīs ſyllſ: ſi vero nō reſpōdeat quid, aut non increpat, aut diſcedit.

37. Locus Declatio. Eſt aūt argumentari, difficile, & ſuſtinere facile ipſas ſuppoſitiones. Sunt aūt talia, & quæ natura ſunt prima, & q̄ poſtrema. Nā prima quidē termino egēt, poſtrema vero per multa terminantur volenti cōtinuum ſumere à primis, aut ſophiſticę videntur argumentationes: impoſſibile enim demonſtrare quippiā

H eſt eī, qui non incipit à proprīs principīs, & connectit vſq; ad vltima: definire aūt nihil ducūt reſpondentes, neq; ſi interrogās definierit, aduertunt, atqui non facto manifeſto quidnam eſt qđ propoſitum eſt, non facile eſt argumentari: maxime autē quod tale eſt, circa principia accidit, nā alia quidē per hæc monſtrantur, ipſa vero non contingit per alia, ſed neceſſe eſt definitione talium, vnumquodq; cognoſcere.

38. Locus. Declatio. Sunt aūt difficile argumētabilia, & quę valde propinqua ſunt

I principio. Non enim contingit plures ad hæc rationes īuenire, cùm ſint pauca media, horumq; & principiorum, per quæ neceſſe eſt monſtrare ea quæ poſt illa

39. Locus. Declatio. ſunt. Terminorum autē difficile argumentabiles ſ̄ omnium maxime ſunt, quicūq; vtuntur talibus nominibus, quæ primū quidē immaniſeſta ſunt ſimpliciterne dicanť, an multipliciter: adhuc autē quæ neq; nota vtrī proprie, an ſm metaphoram de definito dicantur. Nam, quia K obſcura ſunt, non habent argumenta, quia vero ignorantur ſi abſq; metaphora dicitur quod tale eſt, non hēt quod increpet.

40. Locus Declatio. Omnino aūt omne problema qī difficile argumentabile, vel termino indigere arbitrandum eſt, vel eſt eorū quæ multipliciter, vel eorū quæ ſm metaphoram de definito eſſe dicātur, vel non longe à principīs, vel quia non manifeſtum eſt primū nobis hoc idem, ſm quem dictorū L modorum eſt, quod dubitationem præſtat. Nam, cùm eſt manifeſtus modus, manifeſtū, qm̄, aut definire oportebit, aut diuidere, aut medias propoſitiones inuenire. Nam per hæc monſtrantur vltima. In multis aūt 41. Locus. Declatio, poſitionibus (non bene aſſignata definitione) non facile diſputare, ac argumentari. Vt vtrum vni cōtrariū, an plura: definitis aūt contrarīs aliquo modo, facile eſt oſtendere vtrum contingit plura eidem eſſe cōtraria, an

M nō, eodem aūt modo, & in alīs definitione indigentibus: videntur aūt, & in diſciplinis quædā ob definitionis defectū non facile deſcribi, vt & qm̄ quæ ad latus ſecat planum linea, ſimiliter diuidit & lineam, & locū: definitione autem dicta ſtatim manifeſtum eſt quod dicitur. Nā eandem ablationē habent loca, & linea, eſt autem definitio eiusorationis hæc. Simpliciter autem 42. Locus. Declatio. prima elemētorū, poſitis quidē

defini-

A definitionib⁹, vt quid linea, vel quid circulus, facillimū oſtēdere, verū non multis ad vnumquodq; eorū eſt argumētari, eo ꝙ non ſunt multa media: ſi aūt nō ponant principiorum definitiones, difficile: fortaſſe aūt omnino impoſſe. Sil'r aūt his, & in
43. Locus. Declano. ijs q̄ ſunt circa orationes ſe hēt, non igit' latere oportet, qñ difficile argumētabilis eſt poſitio, ꝙ paſſa eſt aliquid eorum q̄ dicta ſunt, qñ autē erit ad dignitatē,
B & propoſitionē, maior labor diDubitado ſputare q̄ ad poſitionē. Dubitare aūt poſſit quiſpiā, vtrū ponēda ſint alia, an nō: nā, ſi non ponat, ſed poſcat, & ad illa diſputare, maius p̄cipiet, q̄ quod in principio poſitū eſt: ſi vero ponat, credet ex min⁹ credibilib⁹: ſi igit' oportet nō difficilius problema facere ponendū, ſi aūt p notiora ſyllogizare, nō ponendum. An diſcenti quidē non ponendū, niſi notius ſit: exercitato vero ponendū, ſi verum ſolū videatur? quare manifeſtum, qm̄
C non ſil'r, & interroganti, & docenti exiſtimandum eſſe ponendum. Quo pacto igitur interrogare, & ordinare oportet, pene ſufficiunt quæ dicta ſunt.

Sermo de Orationis decoratione, et de alijs præceptis interrogantis. Cap. 2.

TErtia aūt intērio eſt orationis decoratio & exornatio, & amplificatio: hoc itaq; fit duabus reb⁹, quarum vna eſt ipſa inquiſitio, & altera ē partitio in res proportionales. Inquiſitio quidem, quæ fit ad hanc intentionē, fit duabus diſpoſitionibus: quarum vna eſt, qñ nobis eſſet præmiſſa vſis per ſe patens non indigens inquiſitione, & proponim⁹ interrogare de illa, vt vice eius fiant ſpmiſſæ particulares, quas hæc præmiſſa ambit. v.g. qñ proponimus interrogare, an perit⁹ in omni arte ſit præſtantior? & proponimus exornare orationem, & ipſam exemplificare, an miles peritus in ſua militia ſit præſtantior: & ſil'r nauta peritus in ſuo nauigio: ſicq; etiam medicus peritus in ſua medicina, & vtēdum eſt ſingulis, quæ ſubſunt præmiſſæ vniuerſali: ſecunda diſpoſitio eſt, ꝙ E præmiſſa ſit per ſe nota, & proponimus interrogare de ipſa, & huius præmiſſæ ſit præmiſſa ambiens ipſam, & alias præmiſſas, quæ ſecum ſubintrāt ipſam præmiſſam vniuerſalem, nos enim interrogarem⁹ p̄miſſam cum præmiſſis particularibus, quæ ſecum ſubintrant præmiſſam vniuerſalem. gratia exempli, ꝙ proponamus interrogare, an medicus peritus ſit præſtantior, prout eſt miles peritus, & nauta peritus. Hæ nanq; omnes ſubintrant vnam p̄miſſam, ꝙ ſcilicet peritus in omni arte eſt præſtantior. Partitionis autem vſus in his fit duob⁹ modis, quorum vnus eſt, quando fit in prædicato præmiſſæ, quam volumus admitti, & alter quādo fit in ſubiecto. Exemplum vſus illius in partitione prædicati eſt, ꝙ interrogemus nunquid ſcientia de anima ſit honorabilior, quàm ſciētia eleuationis ponderis? & ſubdimus huic, quia ſcientia tum honorabilior dicitur aut ex parte nobilitatis ſubiecti, aut ex parte firmitatis demonſtrationum. Si autem tacuiſſemus hanc partitionē

D

F

G eſſet præmiſſa patẽs per ſe. Et huius exemplũ in partitione ſubiecti eſt, ꝙ interrogemus vice dicendi, an oppoſitorum ſit vna ſcientia, an oppoſita quædam ſint contraria, & quædam relatiua, & quædã priuatio & habitus, & quędam affirmatio & negatio, & omnium horum eſt vna ſcientia, eſt autem hoc vtile, quia naturaliter homo eſt admiſſurus orationem, quæ exprimitur hac expreſſione, quia hoc opere contingeret oſtentatio, & decorum, & mentis ſatisfactio cum auditore. Et vt vniuerſalius inquam, proportio huius ope
H ris ad præmiſſas neceſſarias eſt proportio pulchtium colorum & picturarum ad res neceſſarias illis ex accommodatis, & veſtibus, & cæteris, & ſicut homo gaudet his, & delectatur eis, ſic ẽ res in oratione, & inquiſitio, quæ hic fit, eſt alia ab inquiſitione, quę fit ad certiorationem, aut ad commonſtrandũ præmiſſam neceſſariam in ſe. Hæc autem exornatio, ſicut fit in præmiſſis neceſſarijs, ſic fit in non neceſſarijs, prout ſunt ꝓmiſſæ occultationis & certiorationis, quæ prænarratæ ſunt.

Quarta aũt intentio, quæ eſt ora
I tionis manifeſtatio, & explicatio, fit duobus modis: quorum vnius ſunt exempla, alterius aũt ſunt cõfictio, & aſsimilatio. Exempla quidẽ ſunt patticulares res ipſius vſis, quæ ſumuntur ad ipſius intellectionem, & explicationem. Exemplo aũt vtitur ars oratoria ad occurrendum in aſſertionem. Hæc vero ars vtitur ſolũ ad intellectionẽ, prout eſt diſpoſitio inquiſitiõis, qua vtit hæc ars ad aſſertionẽ, & commonſtrationẽ, & exemplificationẽ. Confictio vero & aſſimilatio, quæ fiunt ad rei intelligentiam, non ſunt res patticulares, K neq; vſes rei, quæ ſumantur ad ipſi⁹ intelligentiã, ſed ſunt res, quæ ipſam fingunt & aſſimulant, ꝓtout eſt id, quod dicit Ariſtoteles, ꝙ error in principio, & ſi ſit patuus, qui nõ perꝯcipiat, tñ conducit ad plures errores, ſicut qui deuiat itineris initium, & aberrat ab eo trigona figura, nõ ceſſat diſtare ab itinere, donec quaſi deuiet infinita diſtãtia ab eo. Et aſſimilationes, quibus vtitur hęcats, ſunt ꝓxime proportionales, qbus, vt ait Ariſtoteles, vſus ẽ Homerus. Et his eiſdem modis fiunt in arte demonſtrationis. Vſus aũt ipſarum in his L duab⁹ artibus eſt diuerſus ab vſu ipſarum in arte Poetica, fiunt enim in illa arte ad occurrendum in aſſertionem poeticam, in his autem duab⁹ artibus ad ſolam intelligentiam.

Hæc itaq; eſt ſumma eorũ, quæ dixerat de præmiſſis quæ ſunt deforis.

Deinde trãsfert ſe Ariſtoteles ad alia præcepta interrogantis, & dicit: Quia orationes Dialecticę ſunt duarum ſpecierum, ſyllogiſmus, & inquiſitio, conuenit interroganti vti inquiſitione cum plebe Dialecticorum, & ſyllogiſmo, cũ ipſorum peri
M tis: plebs enim inquiſitione magis cõprehendit, quia ipſius particularia ſunt ſenſata, ſenſatum autem eſt notius apud plebẽ. Sed apud illos, qui exercitati ſunt in Dialectica, ſyllogiſmi ſunt magis diuulgati, adeo ꝙ illi repellunt ſenſatum, prout comperimus multos antiquos repuliſſe motum, & multitudinem. Illorum aũt error circa hæc fuit ob ſyllogiſmos, qui apud eos cõſtituti erant ſuper præmiſſis diuulgatis, quæ ſunt apud hanc ſpeciẽ notiores ſenſatis, ſenſus.n. ſubordinat apud eos huic

ſpeciei

A ſpeciei præmiſſarum, putant enim quòd præmiſſæ ſint intelligibiles. Ex quo autem inquiſitio profertur ad cõmonſtrationem præmiſſę vniuerſalis, notum eſt, ꝙ, quando fuerit nomen, quod includit omnes res conſimiles, quę ſubſunt huic vniuerſali, in quo ſunt ſimiles, facilis fit translatio ab admiſsione illarũ, ad admiſsionẽ vniuerſalis cum reſpondente. Si vero huic vniuerſali, quo ſunt ſimiles, non fuerit nomen, difficilis fit illi: reſpõdens enim concederet interroganti præmiſſam vniuerſalem, cui ſubeſt ſubiectum quæſiti,
B quando cõmonſtratum ei fuerit, ꝙ quęſiti ſubiectũ ſit ſimile rebus, quę ſunt inquiſitæ, & ſubintrat ſimilitudinẽ vniuerſalem rebus, quæ inquiſitæ ſunt, & quòd illis euenerit prædicarum ratione huius aſſimilationis, & quãdo huic aſſimilationi vniuerſali nõ fuerit nomẽ, difficilis fit illius ablatio apud interrogantem ſeparãdo illud ab illis, immo fortaſſe priuatio nominis erit cauſa, qua reſpõdens nõ imaginetur illud admittere. & difficilis fit illius intelligẽtia, & graue fit ei illud admittere, cui nõ ſit nomẽ, quod includat rem
C intentã ab ipſo reſpõdente admittu, & vt vniuerſalius inquam, priuatio nominationis vniuerſaliter eſt, quæ per inquiſitionẽ apponit errorẽ duabus ſectis, & aliquando interrogans quærit a reſpondẽte, quòd ei admittat, quod nõ eſt ſimile, vt quòd eſſet ſimile, & interdũ reſpondens cauet admittere, quod eſt ſimile, & aliquãdo cadit dubiũ de rebus ſimilibus. Et ideo Ariſtoteles præcepit interrogãti in hoc loco, quòd inſtituat nomẽ vniuersali, quod includit particularia, quæ educta ſunt inquiſitione, aut illud ſignificet per orationẽ, D vt facilius & tutius reſpõdens admittat id, quod interrogans propoſuerit, & remotius fuerit aduenire repugnans illi, de quo interrogauit, & cõfidat euã interrogator, quod putabit de eo, quod non eſt ſimile, ꝙ ſit ſimile. Quando autẽ interrogans fecerit hoc vniuerſaliter, ſcilicet ꝙ inſtituerit illi nomẽ, vt eſſet in primo poſito illi nomẽ, & reſpõdens admitteret ei particularia inquiſitionis, & nõ admitteret ipſum vniuerſale. Expedit autẽ illi, quòd proponat argumẽtari deſtructionẽ huius vniuerſalis, & ſi eum interrogaret, E quòd cõmonſtret de qua rerum nõ ſe habeat, prout inquiſitũ eſt. Quando vero reſpõdens nõ admitteret ei inquiſitionẽ, nõ expedit ei interrogare eum deſtructionem præmiſſæ vniuerſalis. Et quãdo reſpõdens protulerit deſtructionẽ vniuerſalis, cuius particulares præmiſſas admiſerat in inquiſitione, nõ euadit, quin deſtruat alias particulares de particularibus, quæ nõ ſunt expreſſæ in ipſa inquiſitione, quoniã ad deſtructionẽ particularis, quã concludere intendit, nõ expedit interrogãti admittere ipſius deſtructionẽ, quia eſt F ipſa eadẽ res, quã interrogans proponit cõmonſtrare, niſi quæſito, ꝙ interrogans propoſuerat cõcludere, ſoli propriũ ſit inter reliqua particularia, quæ ſubſunt illi vniuerſali, quòd illi non inſit illa res, quã quærens procurat cõmonſtrare ineſſe per inquiſitionẽ: admitteret enim ei hoc, quia illi præmiſſæ nõ eſſet inſtãtia, niſi in illo particulari ſolum, & eſt ac ſi illa inueniretur eſſe neceſſaria reſpõdenti, vt gratia exempli, ſi quærens proponeret concludere, ꝙ

binarius

G binarius ſit numerus par, qui nõ ſit primus, inquirendo de, reliquis ſpeciebus numeri paribus, qui non ſunt primi, prout ſunt octonarius, & ſenarius, & cæteri: quando itaque illos inquiſiuerimus & interrogans proponeret, quòd reſpondẽs admittat ei ipſam vniuerſalem, qua hinc concludat, quòd binarius ſit numerus par, non primus, hic eſſet reſpondentis inſtare ei per ipſummet, quæſitum. Quando vero inſtantia reſpondentis fuerit per particularem huius particularis quæſiti, interrogantes eſt apponere condi
H tionem in præmiſſa vniuerſali, qua ab illa excipiat hoc particulare, qđ deſtruxerat ipſe reſpondens, & remanebit ſub hoc quæſito. Et ſi interrogans apponeret hanc conditionẽ primo in præmiſſa, priuſquàm interrogaret de illa præſtantius eſſet, quia ipſe reſpondens non inueniret aditum ad inſtandum. verbi gratia, quòd interrogans poneret, quòd ille, à quo ſeparatur ſcientia de re, obliuiſcitur illius. Et reſpondens inſtabit, quòd ſcientia aliquando ſeparatur à ſcientia in corruptione ipſius ſciti, hæc autẽ non vocatur obliuio,
I Quando autem interrogans appoſuiſſet cõditionem, quòd ille, à quo ſeparatur ſciẽtia de re ipſa re permanente obliuiſcatur, non inueniſſet reſpondens aditum ad negandum hanc præmiſſam, & oportuiſſet eũ admittere illam, definiens enim præmiſſam Dialecticam, quæ inquiſitione conſtruitur in hac arte, eſt, ꝙ inueniatur prædicatum in maiori parte ſui ſubiecti, & quòd nõ ſit ipſius aliqua inſtantia, aut quia nõ ſit aliqua inſtantia in ipſam, aut quòd ſit illius aliqua inſtantia, ſed illam non æſtimemus in hac arte. Quãdo K
vero inſtaret reſpondens, quòd ſit æquiuocum nomine prædicati, aut ſubiecti præmiſſæ vniuerſalis, expediret interrogantẽ vti diuiſione nominis æquiuoci ſecundũ omnia ipſius ſignificata, quæ ſignificaret, deinde explicare illi ſignificatũ, quod intendebat cõmonſtrare in ipſa inquiſitione. ſi verbi gratia, quando interrogans propoſuiſſet concludere, ꝙ nõ ſit homini aliquòd membrũ, quin ſit ei propriũ, vt in poematib⁹ fertur de cẽtauro & minotauro, ꝙ ſuis ſuperioribus mẽbris ſit homini ſimilis, & inferioribus mẽbris ſimi- L
lis ſit alij animali. Reſpondens autẽ inſtaret dicens, quòd picto non eſt caput, & ipſius eſt caput imaginii, quã formauerat. huius autẽ erroris cauſa eſt æquiuocatio illius dictionis ipſius, aliquãdo enim fit pro eo, quòd res nõ ſit pars ſpeciei, cui attribuitur per hanc dictionẽ. Et ſimiliter dicitur, ꝙ ipſius hominis ſint mẽbra organica, & membra ſimilaria. Et aliquãdo ſit ſecundum modum attributionis ipſius, ſcilicet, aut attributionis affectus, aut attributionis habitus, aut alius attributionis: & hoc modo dicitur, ꝙ hæc veſtis ſit M
ipſius talis, ſiue fuerit ipſius acquiſitio, ſiue quòd arte illã fecerit. Hæc itaque eſt ſumma eorũ, quæ expedit interrogantem facere tẽpore inquiſitionis ſingularum rerũ. Quando vero vteretur ſyllogiſmo ſine inquiſitione, expedit, ꝙ de duabus ſyllogiſmi ſpecieb⁹ vtatur ſyllogiſmo recto, nõ ſyllogiſmo impoſſibilis, rectus enim expediẽtior eſt ad hoc, & vtilior, quando poſſibilis fuerit: huius autẽ cauſa eſt, quoniã diſpoſitio huius artis quo ad hanc rem differt

à diſpoſi-

A à diſpoſitione artis demõſtrationis, quicquid enim cõmonſtratum fuerit ſm artẽ demõſtrationis vtriſque ſyllogiſmis ipſius eſt demõſtrationis firmitas vna, verumtamẽ ſecundũ hanc artẽ res nõ ita eſt. Impoſſibilis enim ſylogiſmus cõcludit ducẽdo ad falſum, ꝙ eſt contradictoriũ illius, ꝙ concludere propoſuerat. Id autẽ, quod in hac arte gerit vicem falſi, eſt abſonum fictum. Et aliquãdo contingit, quòd inueniantur ambo cõtradictoria diuulgata, & non cõcludãt abſonũ fictum, & interdum cũcludant abſonũ fictum: ſed
B non eſt maxime fictum abſonum. Ficta autem abſona, quæ in hac arte gerunt vicem falſi in demonſtratione, ſunt illa ficta abſona, quæ reſpõdens renuere nequit, & hoc eſt fictũ abſonum, quod eſt notæ nefandũ Quo vero modo vnum, idem quæſitum commonſtretur per impoſſibile ꝙ recte, iam cõmõſtratũ eſt in libro Priorum Analyticorum. Iam itaque elocuti ſumus, cũ quo fiat ſylogiſmus, & eẽ quo fiat inquiſitio, & cum hoc ediximus, quid expediat interroganti facere in diſpoſitione inquiſitionis, & ordine inſerere in-
C ſtantiã reſpondentis ei, & enarrauimus etiam quę ſpecies ſyllogiſmi ſit ei vtilior in hac arte. Nefandas vero præmiſſas in hac arte expedit cauere illas, quæ fuerint maxime diuulgatæ, & hæc quidem ſunt duæ ſpecies, quædã ſpecies eſt illarũ, quarum inſtãtia eſt nefanda, prout eſt illa, Deus omnia poteſt: & aliqua ſpecies eſt, cuius inſtantia eſt difficilis, ob modicam inuentionem ſuę inſtantiæ, aut quia illius non ſit inſtantia aliqua. Et hæ quidem ſunt præmiſſæ, quę pro maiori parte ſuorũ ſubiectorũ ſunt ſub ſenſu, præter D
ꝙ cõſtet nobis aliqua res illis repugnãs. Et quãdo reſpõdẽs interrogaretur de talibus præmiſſis, & eas negaret, interrogãtis eſſet ipſum capere & cactigare, & hæ ſunt præmiſſę, quę ſunt maxime diuulgatæ in hac arte. Cõcluſio vero nõ profertur ſecundũ modũ interrogationis, ſed puatenus eſt cõſequens ex admiſſione præmiſſarũ. Quãdo enim protuliſſet eã, ſm ꝙ ſit conſequens, poſſet reſpõdens renuere ipſum, ex quo eius eſt hoc ſm hanc artem, tanto fortius quãdo eã protulerit ſm modum in
E terrogationis, quia putandũ eſt ꝙ reſpõdens nõ admitteret eam, & nõ obiiceret illi in hoc, ꝙ inde lucraretur. Expedit autẽ ſcire, ꝙ non quælibet interrogatio eſt Topica, prout eſt interrogatio quid ſit homo, aut interrogatio quot modis res dicatur: ſed Topica interrogatio eſt, ad quam reſpondentis eſt reſpondere ſit, aut non. prout dicimus, nunquid mũdus ſit nouiter factus, aut nõ, ad quod reſpondenti nõ eſt niſi vna reſponſio, prout eſt reſponſio ad quid ſit homo, ꝙ ſit animal rationale,
F aut quot modis dicatur bonũ? quia dicitur de honeſto, vtili, & pulchro. Fit autem hic modus interrogationis Topicus, quando illum protulerit interrogans modo quo reſpondens poſſit ad illam reſpondere per alterum duorũ contradictoriorum, vt dicat, an homo ſit aĩal rationale, nec ne? & an bonũ dicatur de tali & tali, nec ne? & quãdo reſpõdens non admitteret ei hoc illud, admitteret ut ei ꝙ eũ interroget quot modis dicatur bonum apud illum, aut quæ ſit hominis definitio apud illum. Quòd autẽ interrogatio protrahat

moram,

G moram, pluſquàm decerneretur ex præmiſſi faciundis pro quæſito, hoc eſt, dicere neceſſarias, & eas, quæ deforis ſunt, eſt vtique vilis actus in interrogatione: quando enim hoc fieret, putaretur fieri ob alteram duarũ rerũ, aut quia nimium amplificet orationẽ, & multiplicẽtur interrogationes de vna eadẽ re, aut quia interroget, quod inutile ſit ad concluſionẽ, & confidet obiicere ei, & lucrari, aut videbitur ei quòd recedet. Et expedit interrogantem ſcire, ꝙ inueniantur quædam poſitiones, quas difficile eſt deſtruere ob difficultatẽ argumẽtationum, quæ illis inſtent, & modicã illarum inſtantiam. Et ideo harum earundem obſeruatio facilis fit reſpõdẽti. Et poſitiones quidẽ, quarũ deſtructio difficilis fit ob difficultatem argumẽtationũ, quæ illis repugnent, ſunt quatuor ſpecierum. Quarũ vnius ſunt principia nota primæ artium, prout eſt cõſtructio vnitatis in Arithmetica, & puncti in Geometria, & ſicut dicere, quòd de quauis re verax ſit affirmatio, aut negatio. Secũdæ autẽ ſunt res poſtremæ remotæ a principijs, prout eſt dicere, an anima ſit I immortalis, nec ne? Et tertiæ ſunt res proximę principio. Et quartæ, res, quarũ elocutio ſit nomine æquiuoco, aut nomine accommodato. Cauſæ vero difficultatis inueniendi ſyllogiſmos de principijs ſunt, quia, quãdo interrogans procuraret commonſtrare aliquã rem, quæ fiat de illis, prius indigeret admitti illorum definitio. prout fit, quando nos proponimus commonſtrare, quòd de qualibet re verax ſit affirmatio, aut negatio, prius indigemus explicare affirmationẽ, & negationẽ. Et hoc idem euenit de omni, cuius definitionem ſumere indigemus primo, quando ſcrutatur de illo. prout dicim⁹, an Deꝰ ſit, & an natura ſit? & an vacuum ſit, nec ne? & magis accidũt obſcuritates in talibus, quando contemnuntur, & quæritur de illis eſſe aliquã rem, aut impoſsibilem eſſe præter quòd definierint. Vt qui quęrerer, an vacuũ ſit, præter quòd ſciat quid vacuum nomẽ ſignificet. Cauſa autẽ difficultatis admittendi definitionẽ eſt multitudo illorum, quorum interrogans indiget, quòd ei admittat reſpõdens de eſſendo conditiones requiſitas ad illam, vt quòd L inſit definito, & quòd ſit prædicatũ de illo, in eo ꝙ quid ſit, & reliquę cõditiones præpoſitæ de definitione. Et hæc erit cauſa, qua ex illis reſpõdens offendat plures inſtãtias: & ideo illius deſtructio fit facilior contra ipſius cõſtructionẽ. Et hæc eadẽ eſt cauſa difficultatis inueniendi argumẽtationes de rebus poſtremis, quoniam commonſtrantur pluribus præmiſsis, quas interrogantem difficile eſt capere, & reſpõdenti nõ deeſt id, quo facile feratur inſtãtia. Cauſa vero difficultatis ſyllogizandi ad res proximas principio eſt pau M citas præmiſſarũ, quæ fiunt ad illas, & in his decet interrogãtem vti occultatione, vt decet ei in rebus, quę ſunt a principijs diſtãtes. Verum tamen cauſa difficultatis ſyllogizandi ad illud, de quo elocutio fuerit æquiuoca, aut accommodata, eſt, quia, quando dictio æquiuoca non traderet vnũ idem ſignificatũ, fieret forma cuiuis rei, quæ cõtingeret de modis conſtructionis, & deſtructionis. Si autem interrogans caperet de illis ſignificatum vtile, nõ eſt reſpondentis dicere

A tis dicere, nolo hoc significatum, ꝙ intelligebas. vt si interrogetur, an orbis sit æternus, nec ne? quia nomẽ orbis est æquiuocum, quod dicitur de toto, & dicitur de aliqua suarũ partium. Et exẽplum huius in accommodatis est oratio illius, qui dicit, quòd mare sit terræ sudor, qui in ipsius fundo collectus est, quia si destruxerit significatũ accõmmodatum, diceret, nolo nisi significatum verũ, & si destruxerit verũ, diceret, nolo, nisi ipsum significatũ accommodatũ, & nõ est illius propositũ, et lucraretur. Et hanc quidem ob cau-
B sam definitiones, quæ æquiuocę, aut accommodatę dicuntur, difficile est destruere, licet illarũ destructio secundũ præcedentia sit facilis, quando autẽ hoc ita est, quòd hæ sint causæ difficultatis destructionis positionũ, præter quòd coniectetur, vnde sit difficultas illarum, quas interrogans intendat destruere. Expedit itaque, quãdo difficilis ei fuerit destructio alicuius positi, præter quòd cõsideret, vnde sit illius difficultas, ꝙ innitatur his modis, quia nõ euaderet vnum eorum, aut plures, quàm vnum. Et si illius causa fuerit, quia
C indigeat definitione, exordiemur prius definitionem. Si autem illius causa fuerit nominis æquiuocatio, prout est dicere, an orbis sit æternus, nec ne? incipiemus a diuisione illius, quod significat ipsum nomẽ. Si autẽ illius, difficultatis causa fuerit multitudo præmissarum, quæ in medio sunt, prout est dicere, an cœlum sit graue, aut nec graue, neque leue? expedit illas proferre, adeo ꝙ nullam rẽ illarũ omittamus. Contingit autẽ aliquãdo dubitare quid expediat interrogantem facere, quã do nõ inueniret per quid procuret D illud cõmonstrare nisi per præmissas modicæ diuulgationis, & si interrogaret de illis, nõ confidit, quin illas neget ipse respõdens, si nõ interroget de illis primo, & proponat interrogare de præmissis, quarum conclusio sit difficilis ad quæsitum ob multitudinem illarũ cõclusionum, quæ intercidunt ei & primis principijs. Doctrina vero est, quòd primo proferat præmissas, quæ sunt notiores, donec per illas cõmonstret præmissas, quę fuerint quęsito ꝓxime.

Hæc itaque est summa eorum, quæ dicta sunt pro interrogante, & E quo modo debeat esse interrogatio, & ordinis series.

Loci pro respondente. Cap. III.

DE responsione autẽ primum quidem determinandum, quod nam est opus bene respondẽtis, quemadmodum bene interrogantis. Est autẽ interrogãtis quidẽ sic deducere orationẽ, vt faciat respondẽtem dicere inopinabiliora, quã ea, quæ ꝓpter positionẽ sunt ne F cessaria: respondentis vero non propter se apparere, accidere impossibile, aut quod præter opinionẽ est, sed propter positionẽ: nã alterũ fortasse peccatum, ponere primum quod nõ oportet, & positum non seruare aliquo modo. Quia autem sunt indeter minata ijs, qui propter exercitationem, & experientiam orationes faciunt (nam non eædem cõsiderationes, & discentibus, & docenti-

44. locus. Declatio.

45. locus. declatio.

G docentibus, & concertantibus, neque his, & ijs qui exercent se inuicem inspectionis gratia: nã discenti quidem ponenda sunt semper ea, quæ videntur, neque enim conatur falsum vllus docere, concertantium vero interrogantem quidem videri aliquid facere oportet omnino, respondẽtem autem nihil videri pati) & in Dialecticis congressionibus, quæ nõ concertationis gratia, sed experimẽti; & inspectionis orationes faciunt, nondum
H enucleatum est quo pacto oporteat cõrectare respondentem, & qualia dare, & qualia non, ad bene, aut non, seruandam positionẽ: quoniã (inquam) nihil habemus traditũ ab alijs, ipsi aliquid dicere tentemus. Necesse est autem respondentem sustinere orationem, ponẽdo aut probabilẽ, aut improbabilem positionem, aut neutram, & aut simpliciter probabilem, aut improbabilẽ, aut indeterminate, vt huic alicui, vel alij. Nihil autẽ refert quo
I modo cunque dũ ea probabilis, aut improbabilis sit: nam idem modus erit bene respondendi. vel dãdi, vel non dandi quod interrogatũ est: nam, cũ improbabilis est positio, necesse est, & cõclusionem probabilem fieri, cũ vero probabilis, improbabilẽ, nam oppositum semper positionis interrogans concludet: si autem neq; probabile, neque improbile quod positũ est, & conclusio erit tatis. Quoniã autem bene syllogizans, ex probabilioribus, & notioribus propositũ demonstrat, manifestũ est, quòd quãdo simpliciter est improbabile q̃ proponitur, nõ dãdum est respondenti, nec quod nõ videtur simpliciter, nec quod videtur quidẽ, min⁹ aũt cõclusione videtur. Nã, cũ improbabilis est positio, probabilis est cõclusio, quare oportet quę sumũtur, probabilia esse omnia, & magis probabilia quàm q̃d proponit, si debet per notiora quod min⁹ notum est concludi, quare si ne
K que tale est quippiam eorũ, quę interrogãtur, nõ ponendum est respondenti. Simpliciter autem si est probabilis positio, diluciduũ est, quoniam conclusio simpliciter improbabilis: ponendũ igitur, & quę videntur omnia, & eorum quę non videtur, quę cunq; minus sunt improbabilia cõclusione: nã sufficienter sic videbitur disceptatum esse. Similiter autem erit, & si neq; improbabilis, neq; probabilis est posi-
M tio. Nã, sic & quę videnť omnia dãdũ, & eorũ quę nõ videntur, quęcũque minus sunt improbabilia cõclusione: sic enim probabiliores accidit orationes fieri. Si igitur simpliciter quidẽ probabile, vel improbabile q̃d ponitur, ad ea quę videntur simpliciter, cõparatio facienda. Si autẽ non simpliciter probabile, vel improbabile sit, quod ponitur, sed respõdenti, ad seipsum quod videtur, & quod nõ videtur iudicando,

46. locus declatio.

47. Locus Declatio.

48. Locus Declatio.

49. locus Declatio.

50. locus. Declatio.

A dicendo, ponendum, vel nō po-
51. Locus. Declatio. nēdum. Si vero alterius opinio-
nem tutetur respondens, manife-
stum, quoniam ad illius intelli-
gentiam aspiciendo, ponere sin-
gula debet, & negare, quare &
qui curāt extraneas opiniones,
(vt bonū & malū esse idē, quē
admodum Heraclitus inquit,)
nō dant nō adesse simul contra-
ria eidem, nō unia nō videntur
eis hæc, sed quia secundū Hera-
clitum sic dicendū. Faciunt hoc
B autē & qui suscipiunt abinuicē
positiones, coniectant enim ac si
is dicat, qui ponit, manifestū igi
tur, quæ coniectandū rūdenti, si
ue simplr probabile, siue alicui
52. Locus Declatio. positū est. Qm̄ autem est necesse
omne qd interrogatur, aut pro-
babile, aut improbabile esse, aut
neutrū, & ad orationem, aut nō
ad orationē attinere qd interro-
gat, si sit quidē qd videt, & non
53. Locus. Declatio. ad orationem, dādum est dicen-
do, quod videtur. Nō enim inte
rimitur, posito eo, quod in prin-
C cipio: si vero nō videtur, & non
ad orationem, dādum quidem,
& consignificandū cp non vide-
tur, ad deuitationem absurdita-
54. Locus Declatio. tis. Si vero sit ad orationem, &
videatur. dicendū, quoniam vi-
detur quidem. sed valde propin
quū ei quod in principio est, &
interimit eo posito qd proposi-
55. Locus. Declatio. tū est. Si autē ad orationem qui-
dē, valde autē probabile postu-
latum, dicendū qd accidit hoc
56. locus. Declatio. posito, at valde absurdū esse qd
proponitur. Si vero neque pro-
babile, neque improbabile, si ni D
hil quidē ad rationem, dandum
nihil determinando. Si autē ad 57. Locus Declatio.
orationem, consignificandum,
quod interimitur (posito eo) cp
in principio est. Nam, sic & qui
respōdet nihil videbit propter
hoc pati: si quidē præuidēs sin-
gula posuerit, & qui interrogat,
assequetur syllogismum positis
ab eo omnibus probabilioribꝰ 58. Locus Declatio.
cōclusione. Quicunqꝫ vero non
ex probabilioribus conclusione
conātur syllogizare, perspicuū, E
quoniam nō bene syllogizant,
quare cùm sic interrogant, non
ponendum. Similiter autem & 59. Locus. Declatio
in ñs, quæ obscure, & multipli-
citer dicuntur, occurrēdum est.
Nā, quia datū est respōdenti nō
discenti, dicere nū disco, & mul-
tipliciter dictum non ex necessi
tate confiteri, vel negare, manife
stum, quoniā primū quidē nisi
planum sit quod dicitur, non
cunctādum vt dicat haud intel-
ligo: nā sæpe ex eo quod nō clare
interrogātibus dāt, occurrit ali- F
quid difficile. Si autem notum 60. locus. Declatio.
quidem sit, multipliciter autem
dictum, si in omnibus quidē ve
rū vel falsum sit quod dicitur,
dādū simpliciter quod dicit, vel
negandū: si vero in aliquo qui-
dē sit verum, in aliquo autē fal-
sum, significandum est qd mul-
tipliciter dicit, & quia hoc qui-
dem falsum, illud autem verū,
Nam, cùm posterius distingui-
tur, immanifestū si & in princi- 61. Locus. Declatio.
pio ābiguū animaduerterit. Si

autem

G autem non præuiderit dubium, ſed in alterũ aſpiciens poſuerit, dicendũ ad eum, qui in alterum ducit, quoniam non ad id aſpiciens dedi, ſed ad alterum eorũ. Nam pluribus exiſtentibus, quę ſub eodem nomine, vel eadẽ oratione ſunt, facilis eſt ambiguitas. Si vero & dilucidum ſit, & ſimplex quod interrogatur, aut ſic, aut non, reſpõdendum. Quoniam autẽ omnis propoſitio ſyllogiſtica, aut earum aliqua eſt, ex quibus ſyllogiſmus, aut propter aliquam illarum, manifeſtum, ꝙ quandoq; alterius gratia ſumetur, ex eo ꝙ plura ſimilia interrogant. Nã, aut per inductionẽ, aut per ſimilitudinem, plerunq; vniuerſale ſumunt: ſingularia igitur oĩa ponendum, ſi ſint vera & probabilia. Ad vniuerſale autẽ tentandũ inſtãtiam ferre. Nã ſine inſtantia vel quæ ſit, vel quæ videatur, prohibere orationem, proteruire eſt: ſi igitur multis apparentibus, nõ derit vłe qui non habet inſtantiam, manifeſtum eſt, quoniam proteruit. Amplius, ſi neq; contra argumẽtari habeat quòd nõ verum, multo magis videbitur proteruire, quanuis nec hoc ſufficiat: nam cõplures orationes opinionibus contrarias habemus, quas difficile eſt ſoluere, velut Zenonis, ꝙ non cõtingit moueri, neque ſtadium pertrãſire: ſed non propter id, quæ ſunt oppoſita his, nõ ponendum, ſi igit qui neque contra argumentari

62. locus. declatio.

H

63. Locus Declatio.

I

64. Locus declatio.

habet. neque inſtare nõ ponit: K dilucidum, quoniam proteruit: eſt enim in diſputationibus proteruia; reſponſio præter dictos modos, ſyllogiſmi deſtructiua. Suſtinere autem & poſitionem. & definitionem, ipſum ſibiipſi oportet præargumentando. Nã ex quibus interimũt interrogãtes quod proponitur, manifeſtũ, quoniam ñs aduerſandum. Inopinabilem vero ſuppoſitionem cauendũ ſuſtinere. Erit aũt inopinabilis multipliciter: nã, L & ea ex qua abſona contingit dicere: vt ſi omnia dicat aliquis moueri, aut nihil, & quæcunq; peioris moris eſſe eligenda, & quæ contraria cõſilijs, vt ꝙ voluptas bonum, & iniuriam facere melius quàm iniuriam pati: nam nõ vt orationis gratia ſuſtinentem, ſed, vt ea quæ videantur dicentem oderunt. Quæcunque vero orationum falſum ſyllogizant, ſoluẽdũ interimẽdo id propter quod fit falſum. Nam non is qui quoduis interimit ſoluit, ne qui M dem ſi falſum eſt quod interimitur: habere enim poteſt plura falſa oratio, vt ſi quis ſumat ſedentem ſcribere, Socratem vero ſedere: accidit enim ex his, Socratem ſcribere, interempto igitur Socratem ſedere, nihil magis ſoluta eſt oratio, quamuis falſum ſit poſtulatum, ſed non propter id oratio falſa: nam ſi quis ſit ſedens, non ſcribẽs autem, nõ amplius in tali, apte accommodabitur eadem ſolutio, quare non id

65. locus declatio.

66. Locus Declatio.

67. Locus Declatio.

interimendum

A interimẽdũ, ſed ſedẽtẽ ſcribere: non enim omnis qui ſedet, ſcribit. Soluit igitur omnino, qui interimit id, propter ꝙ fit falſum: nouit autẽ ſolutionẽ, qui ſcit ꝙ propter id falſa oratio: quemadmodũ in ꝝs quæ falſo deſcribuntur. non enim ſufficit inſtare, ne quidẽ ſi falſum ſit quod interimitur, ſed & id propter quod falſum aſſignandum: ſic enim erit manifeſtum vtrũ præuidẽs aliquid, an non, facit inſtantiam.

Sermo de præceptis reſpondentis.

B *Cap.* 3.

QVomodo autem fiat reſpõſio expedit, ꝙ eloquamur poſtq̃; ſcuerimus, ꝙ vltra conditiones interrogationũ, & reſpõſionum ſint illæ, quæ ſunt quærẽtiũ, & reſpõdentiũ, bene interrogantiũ, & bene reſpõdentium, & ſunt illi, quorum propoſitũ eſt exerceri in hac arte, & ponere quæſitũ de quo eloquantur ſm modum ſcientiæ demõſtratiuæ, non illis, quorum intẽtio eſt agoniſtice vincere. Bene interrogantis. n. eſt cogere reſpondentẽ, vt ei admittat, ꝙ illi cõcludit, aut neget diuul-
C gata, quæ admiſerat. Et bene reſpõdẽtis eſt, quãdo caueritpoſitionem, quã obſeruare eſt impoſsibile, præponat interloqui interrogando diuulgata, quę illam deſtruerẽt, & quę illæ deſtructurus eſt, priusq̃; ea admittat: error. n. poſitionis nequit eſſe ſine errore ponẽdi aliquã tẽ, præter ꝙ caueat, quod deceat. Illius vero, cuius intentio eſt vociferare, & agoniſtice vincere, interrogãtis intẽtio eſt deſtruere poſitum. Si autẽ viſum fuerit de eius negocio, ꝙ iam illud deſtruxerit, quomodocunque cõtigerit, & reſpõdens propoſuerit D huius cõtrariũ, ob hoc itaq; fit his, ꝙ interlocutores aliquãdo reſpõdẽs negabit diuulgata, & difficile fit ei admittere, qđ expediret ei admittere, & interrogãs etiam aliquando interrogationes, quę nõ eſſent ſm modũ beneficãdi interrogationẽ, ſicut reſpõdens aliquãdo reſponderet aliquã reſpõſionem, quæ nõ eſſet ſm modũ beneficandi reſpõſionẽ. Illorũ vero, quorũ intentio eſt ſcientia & diſciplina, docens quidẽ proponit producere ſcĩam in ipſum diſcipulũ, & hæc eadẽ eſt intẽtio addiſcentis. Hoc autem fit per res veraces, E propterea nõ ponerent, quod nõ ſit verax, ex quo neuter illorum (vt ait Ariſt.) intendit diſciplinã falſi. Hoc autẽ cõſtituto dicamus, ꝙ poſitiones, quas reſpõdens procurat ſuſtinere, nõ euadũt tres ſpecies, aut ꝙ poſitũ ſit diuulgatũ, aut ſit non diuulgatum, aut neque ſit diuulgatũ, neque nõ diuulgatũ, & eſt illud, de quo nõ eſt vulgo aliqua opinio de illo, vt an latro moueatur, aut non moueatur. Diuulgatum autem, aut eſt diuulgatũ ſimpliciter, vt ꝙ Deus ſit, aut diuulgatũ apud aliquã ſectam, F prout apud Peripateticos eſt, ꝙ cœlũ nõ ſit leue, neq; graue. Et iſte nefandũ partitur his duabus partibus: quoddam itaq; eſt nefandum apud omnes, vt ꝙ Deus nõ ſit, aut ſit impotens, & quoddã eſt nefandũ relatione cuiuſdã gentis, prout eſt Ideas eſſe apud Peripateticos. Quando autem poſitum fuerit non diuulgatũ, neceſſario expedit eſſe id, quod interrogãs procurat cõcludere diuulgatũ. Et quãdo fuerit ipſum poſitũ diuulgatum, illius intentio eſt ipſum concludere non diuulgatũ, in-

G terrogãtis. n. intentio eſt cõcludere poſiti oppoſitũ. Et ſimiliter quãdo poſitũ nõ fuerit diuulgatũ, neq; nõ diuulgatũ, expedit concluſionẽ eſſe ſm hanc poſitionẽ. Ex quo autẽ qui interrogationẽ beneficat, conſtruit ſyllogiſmũ ex præmiſſis notioribꝫ, & magis diuulgatis q̃; ſit ipſa cõcluſio, notũ eſt, ꝙ, quãdo poſitũ fuerit ſimpliciter nefandũ, expedit reſpondẽti, ꝙ non admittat, ꝙ eſt ſimpliciter diuulgatũ, quia illud cõcluderet cõtrariũ illius, qđ poſuerat. Et ſimiliter nõ expedit ei admittere, qđ eſt improbabile, quãdo enim admitte-
H ret ex aliqua præmiſſa, quod nõ eſt ſimpliciter improbabile, fit ibi aliquod probabile & diuulgatũ, & illa cõcluderent, quæ eſſent aliqualiter probabilia, quæ autẽ aliqualiter probabilia ſunt, opponuntur ſimpliciter improbabili, vt ſi parẽtũ interfectio ſit ſimpliciter improbabilis, abſtinẽtia ab ipſorũ interfectione non eſt maxime laudãda probabilis. Sed expedit reſpõdẽti inſpicere tales præmiſſas, & fuerint minus improbabiles cõcluſione, nõ debet eas admittere, quia eſſent laudabiliores, & probabiliores cõcluſione: & hæc eſt con-
I ditio laudãdi ſyllogiſmi, ꝙ interrogãti non eueniat de eo increpatio à reſpõdẽte, ſi autẽ fuerint magis improbabiles cõcluſione, eſt ibi minus laus, & nõ eſt eius aliquid, quo id admittat, quoniã ſi ex illis interrogãs cõcluderet cõcluſionẽ, eſſet ibi laus quædã, quæ opponeretur eius poſitioni, & nõ ꝙ ipſum increpet ob eſſe cõcluſionẽ magis diuulgatã præmiſſis. Illæ vero, pro quarũ admiſſione nõ eſt eius aliquid, ſunt præmiſſæ ſimpliciter improbabiles, quoniam quando proferret ſyllogiſmum, nõ concluderet niſi improbabile, & ſi K
concluderet aliud ab hoc, eſſet eius increpare interrogantẽ: hoc enim nõ eſt impoſſibile, ſed hoc eſt per accidẽs, prout ex premiſſis falſis cõcluditur cõcluſio vera. Si autẽ poſitio fuerit ſimpliciter diuulgata, manifeſtũ eſt, ꝙ id qđ interrogans intendit cõcludere, eſt deſtructio diuulgati improbabilis: ſicq; expedit, ꝙ admittat præmiſſas diuulgatas, quia diuulgatũ nõ concludit improbabile per ſe, ſed cõcluderet ipſum per accidẽs, & eſſet reſpõdẽtis ipſum increpare, & nõ admittere improbabile, ꝙ nõ
L eſt maxime, niſi quãdo illæ fuerint minus improbabiles, q̃; concluſio, quia ſi cõcluderet ex eis improbabile quoddam oppoſitũ alteri poſito, ꝙ ſit ſimpliciter diuulgatũ, cui iam opponitur, ꝙ nõ fuerat ſimpliciter improbabile, illius eſt ipſum increpare, ex quo id, ꝙ cõcludit improbabile oporteat eſſe notius in improbabilitate. Si vero poſitio fuerit diuulgata apud aliquam ſectã præter alias ſectas, aut apud aliquẽ vnum eundẽ hominẽ, expedit reſpõdẽti, ꝙ nõ recipiat, ꝙ nõ eſt laudabile apud hanc illã ſectã, aut apud illũ hominẽ, ſiue fuerit laudãdũ apud omnes,
M aut nõ, quoniã expedit, quòd ſit ipſius poſitio, aut ipſius ablatio cuilibet, qui illud ponat ſm hanc opinionem. exẽpli gratia, quia Heraclitus opinabatur ꝙ bonum & malum eſſent vnum & idem, & homines q aſſeuerabant eius opinionẽ eſſe laudãdã, apud eos eſt hæc poſitio, ꝙ non admittatur cõtraria nõ concurrere in vno ſubiecto, hoc enim licet ſit diuulgatum apud omnes, eſt tamen improbabile apud illum, qui eſt huius opinionis. Si autem poſitio non

fuerit

A fuerit laudabilis, neque non laudabilis, manifeſtũ eſt, ꝙ cõcluſio, quã interrogãs procurat concludere, eſt huiuſmodi, & expedit ei admittere, quod eſt laudabile, aut improbabile, & nõ admittunt id, quod non ſit laudabile, neque id qđ eſt laudabile, quia ſi id ei cõcluſerit, quod nec ſit laudãdum neq; improbabile, ex eo quod eſt laudandum, aut improbabile, reſpondentis eſſet ipſum increpare: ſicque iam videtur, quas res expediat reſpondentẽ intẽdere in omnibus ſpecieb⁹ poſitionũ, & quæ ſint res, quas fugere ei expediat. Ex quo
B omne quod ab eo interrogat, aut eſt probabile, aut improbabile, aut nec probabile, nec improbabile, & vnaquæq; harum trium ſpecierũ, aut ſit ex rebus, quibus indigemus ad cõcluſionem, aut ex his, quib⁹ nõ indigemus ad concluſionem, ſicque expedit reſpõdenti, ſi velit bene reſpõdere de ſingulis his ſex ſpeciebus, & ꝙ non ſequatur ei redargutio in oratione, cuius putetur ipſe fuiſſe cauſa, aut quãdo interrogatur de eo, ꝙ eſt probabile, ſed eſt inutile concluſioni, eius eſſet ꝙ daretur, & oſtendat ſe noſſe illud. Si autẽ fuerit improbabi
C le, & inutile, & iterũ eius eſt dare illud, ſed cõſignificandum eſt illi, ꝙ ſit improbabile, per hoc enim euaderet, ꝙ de eo putet, ꝙ admiſerit, qđ latuerit ei eſſe verum & diuulgatũ, aut fuerit probabile, & de rebus vtilibus concluſioni, & hoc expedit, ꝙ nõ negetur, negare enim diuulgata nõ eſt operis bene reſpõdẽtis, ſed ipſum admittit poſtq̃; ediderit, quòd ex illius admiſſione ſequatur deſtructio poſiti, & per hoc euaderet, ꝙ nõ putetur de eo, ꝙ defectus proueneritꝙ eius cauſa, nõ occaſione quæſiti, prout facit medicus in praua ægritu D
dine, in qua præfert & prædicit, qđ nõ ſanet, & ꝙ defectus nõ ſit occaſio ne eius medicinæ. Si autẽ id, de quo interrogat ſit de rebus, quarũ indigemus ad cõcluſionẽ, ſed eſt improbabile, expedit ꝙ nõ admittat illud ob ſyllogiſmi defectũ, qui ex illo ſequitur, ẽ dicẽdo, ꝙ ſi illud admitteret, ex inde ſequeretur concluſio. Si vero fuerit nec probabile, neq; improbabile, nec vtile cõcluſioni, expedit ipſum non admittere, nec de eo aliquã rem dicere. Si vero huiuſmodi fuerit, & eo indigemus ad cõcluſionẽ, expedit itaq; cõſignificare, ꝙ E
indigeamus eo ad cõcluſionẽ, excepto quòd nõ admittat, & neget ipſum, hoc itaque opere reſpõdens bene reſpondiſſet, & euaderetꝙ nõ putetur de eo, quòd defectus interlocutionis euenerit eius cauſa.

Interrogans autem bene interrogaret, quando ſyllogiſmum com ponereteꝛ præmiſſis, quæ fuerint magis diuulgaꝛ, quàm ſit diuulgata concluſio, quando vero non fuerint magis diuulgaꝛ, quam ſit diuulgata ipſa concluſio, non conuenit interrogare de illis, vt ex eis fiat ſylls, neq; rndẽti cõuenti illas admit F
tere. Qñ aũt iterrogãs interrogaret reſpondentẽ, non euaderet, quin dictiones, quibus interrogaret, ſint notæ ſignificationis apud reſpondentem, aut ſint extraneæ ignotæ concluſionis. Et vtroque modo non euaderet, quin ſint de his, quæ dicuntur vniuocæ, aut æquiuocæ. Quando vero fuerint ignotæ concluſionis, reſpondentis eſt ipſum interrogare de illarũ ſignificatione, & hoc non eſt ei vitium in hac arte. Si enim admiſiſſet ei, quòd interro

De preceptis interroganꝺi.

G gaſſet, præter qđ ſciuerit illius ſignificationem, & perinde cõcluſiſſet ei cõtradictoriũ ipſius ꝓpoſitionis, & voluerit obſtare, quòd nõ intellexiſſet illas dictiones, quas ad miſcetat, ſuſpicaretur de eo, quòd hoc eſſet eius crimẽ cauillationis, & nõ iuſtificaret de eo, ꝙ ratiocinat⁹ eſſet poſtea de hoc, ex quo putaret ꝙ ideo eſſet excuſat⁹, quia eſſet deſtructa ei⁹ poſitio. Si vero dictiones fuerint notæ ſignificationis, ſed ſint de his, quæ multipliciter dicũt, expedit inſpicere an omnes res, de quib⁹ dicit ꝓdicatum, ſint veræ de ſubiecto. Si au
H tem ſubiectum dicatur ſm vnũ ſignificatũ, aut de omnibus ſignificatis, quibus dicitur ſubiectum, ſi vtraque dicãtur multipliciter, nõ euadere tenuntiatio reliquã harũ triũ partitionum, & quando res in illis eſſet vno horũ modorũ, reſpõderet de illis ſic, aut non. Si autẽ fuerit in illis aliquod ſignificatũ mendax, quãdo alterũ eſſet verax, expedit diſtingue re nomẽ æquiuocum ſecũdum omnia eius ſignificata, & explicare verax ipſorũ à mẽdaci, ptius quàm interrogans cõcludat cõcluſionẽ, hoc eſt ei melius, quoniã ſi poſtponeret
I partitionẽ cognitioni cõcludenti ipſam concluſionẽ, putaretur de eo, ꝙ non intellexiſſet, quòd nomen ſit æquiuocũ, ꝙ defectus huius, aut ignotãtia, ꝙ nomen ſit æquiuocum, euenirſet ab eo, quoniam nõ videtur Ariſtoteli, ꝙ reſpondentis ſit notificare interrogãti, poſtquàm concluſerit concluſionẽ, quòd nõ poſſit eſſe ſignificatum, pro quo interrogans intellexiſſet ipſam concluſionem, & non eſſet interrogantis ſuſpectum ipſum habere hic diuerſimode a diſpoſitione nominis ignotæ ſignificationis, non enim ſuſpicaretur de eo hic, ſicut ſuſpicaretur ibi. Quãdo enim dictiones ſignificarent vnum ſignificatum, & admiſeritis eas, deinde poſt hæc excuſatus eſſet, quòd eas nõ intellexiſſet, nõ admitteretur eius dictum de hoc, & haberetur ſuſpectus. De dictionibus vero notis ſignificatione, quæ vniuocæ dicuntur, expedit reſponſionem fieri per ſic, aut per non. Ex quo præmiſſæ, ex quibus cõponuntur orationes Topicæ, aut ſunt diuulgatæ, quas non oportet commõſtrari per alias, aut præmiſſę, quæ inquiſitione ſunt commõſtratę. Et hoc præfatum præceptum fit in prę miſſis, quarum eſſe diuulgatũ non indiget inquiſitione. Expedititaq; ꝙ dicatur etiã de beneficatione reſponſionis huius ſpeciei pręmiſſarũ, & hoc quidẽ fit, quòd admittat ei has pręmiſſas, quas inquiſitione caperet, & nõ fugiat eas, renuere enim eas eſt renuere ſenſatũ, & procuret deſtruere vniuerſale, quòd interrogans procurat cõmonſtrare, & hoc vt nõ neget ipſum, & abſtineat ipſum admittere ſolum ſine oratione, qua illud deſtruat, ſed ꝙ oſtẽdat ipſum per orationẽ, quæ illud deſtrue
M ret, quãdo enim ſe abſtineret ipſum admittere, preter ꝙ proferat orationẽ, quę illi cõtradicat, hoc eſſet maxima fraus & actus exiens ab hac arte. Si autẽ impoſſibile ei ſit deſtruere pręmiſſam, q̃; inciperet interrogãs inquiſitione cõmõſtrare, ſaltem proferret orationẽ, qua deſtruat cõcluſionẽ. Quando vero reſpondens nõ proferret alterum horũ duorũ, ſ. deſtructionẽ pręmiſſæ vniuerſalis, aut deſtructionẽ cõcluſionis, quam interrogãs procuratet cõcludere ei,

neque

A neque admitteret qđ eũ interrogaret de præmiſſis, eſſet maxime mirãdũ, & maxime proteruire. Et expedit quãdo proferret orationem deſtruẽtem præmiſſam vlem cõſtitutam inquiſitione, ꝙ non proferat orationẽ, quæ illam vniuerſaliter deſtruat, quæ eſt deſtructio per cõtrariũ, ſed proferat orationẽ, quæ illam deſtruat particulari deſtructione, quæ eſt deſtructio per contradictorium, qm̃ deſtructio præmiſſarũ talium vniuerſaliter eſt remota, ex quo ipſam ſequeretur renuere ſenſatum. vt ver. g. quando vellemus in
B quiſitione cõmõſtrare, ꝙ omne animal ſit mobile, inquirẽtes animalia, de quorũ diſpoſitione videatur, qđ ſint mobilia, reſpõdẽtẽ oporteret ſic habere, vt ad argumẽtum Zenonis: vnde ſequitur ꝙ nulla res moueat, & eſt illud, quod dixit, omne mobile prius trãſit mediũ ſpatium, q̃; totũ, & medii mediũ prius q̃ mediũ, & prius medij mediũ q̃; mediũ medij medij, & ſic in infinitũ, & trãſit torũ ſpatium tempore finito, ſicque tẽpore finito trãſiret ſpatium infinitũ, hoc autẽ eſt falſum: ſic igitur nulla res mouetur: tales enim ſyllogiſ-
C mi redarguunt ſenſata. & ideo cum hoc difficile eſt deſtruere tales ſyllogiſmos, & niſi hoc fiat, impoſſibile eſſet illis cõtradicere ſenſatis, ſed artifici huius artis expedit cauere illos, & illi primo ſunt ſophiſtici: hoc itaq; eſt preceptũ, ꝙ expedit reſpondẽti cõſtituere in talibus præmiſſis. Et expedit procurare, ꝙ ſuſtẽtet poſitiones, quibus diu exercitatus fuerit, & nouerit oẽs præmiſſas deſtruẽtes & cõſtruẽtes ipſas, qm̃, quando hmõi fuerit, ſciet quam illarũ præmiſſarũ admittat, & quã earũ non admittat, & ſi opus ſit ei ipſas deD ſtruere, ſciet quo illas deſtruat. Et expedit ꝙ caueat ſuſcipere ſibi ſuſtẽtare aliquod poſitũ nõ diuulgatum, & hoc in rebus ſpeculatiuis, prout eſt oratio dicẽtis, ens eſt vnũ, & quod nõ moueat. In rebus vero factibilibus, prout ſunt poſitiones, quas eligit cœleſtis cõſuetudo, vt ꝙ opinet ꝙ iniuſtitia ſit præeligẽda, & ꝙ voluptas ſit bona, qm̃ ſuſtẽtatio harũ poſitionũ redditur noxia duab⁹ rebus ſimul, rebus quidẽ ſpeculatiuis, quia facit acquirere illũ, qui illis vtitur, habitũ deceptoriũ, qui eũ remo
E ueat ab electione veritatis, & amore iuſtitiæ, & rebus factibilibus faceret ipſarũ vilipẽſionẽ, & modicam inclinationẽ ad illas, cũ eo, ꝙ qui his poſitionibus vtitur, nõ eſtimatur, ꝙ eas ſuſtentet ſm̃ modum exercitij, ſed, quia illas opinet, & eis credat. Et expedit, ꝙ ſcias ꝙ huius artis interrogatio fit duobus modis, aut interrogatio de ſingulis præmiſſis, & quando datæ fuerint à reſpõdẽte, à qualibet illarũ cõcluderetur concluſio propoſita, aut eſt interrogatio de præmiſſis ſimul & de cõcluſione. Et opera reſpõdẽtis, quibus obuiet in-
F terrogãti, quædã ſunt opera poſtq̃; cõcluſionẽ cõcluſerit, & quædã ſunt res, quibus reſpõdens obuiat illi, priuſquã cõcludatur cõcluſio. Et hæc quidem ſunt præcepta præmiſſarũ, quoniam præmiſſæ, ex quibus ſyllogiſmi cõponuntur in hac arte, aut ſunt præmiſſæ admiſſæ ob earũ diuulgationẽ, aut præmiſſæ, quæ inquiſitione ſint cõmõſtraræ. Et præmiſſæ diuulgatæ ſunt duarũ ſpecierũ, præmiſſæ quas reſpõdens nõ põt penitus negare in cõtrouerſia, neq; ſine cõtrouerſia, & hoc ꝓpter illarũ

G diuulgationē,& præmiſſæ,quas pōt negare, quando proferret ſyllogiſmū ad illas deſtruendū, ex quo ſunt mediocris diuulgationis. Iam antē præhabitus eſt ſermo quid faciendū ſit in duabus ſpeciebus orationis in talibus præmiſſis, priuſquam cōcluſionē cōcludat, hoc eſt, in mediocribus diuulgatione, deinde poſt hæc redibimus ad id, qđ expediat facere, poſtquàm concluſerit ipſam cōcluſionem, & per hoc explebitur quid expediat facere reſpōdentem in duabus interrogationibus ſimul,& dicamus: quòd prohibere interrogātem
H à cōcluſione, & deſtructio taliū præmiſſarū prouenit quatuor modis. Quorū vnus eſt, ꝙ reſpōdēs attēdat ad præmiſſam, ex qua ſequat' cōcluſio, & aggrediat', & illam deſtruat, & hoc quidē fit, aut quādo ambæ præmiſſæ ſyllogiſmi fuerint falſæ, & qđ de illis attendat in deſtructione ad præmiſſam, in qua eſt res dicēdi de omni: in prima quidem figura illa eſt maior, in alijs autē eſt illa, quæ in potētia eſt maior, ex quo ſubordinātur primæ figuræ. Si enim fuerit deſtructio ſyllogiſmi, qui cōpoſit' eſt ex duabus præmiſſis falſis in deſtru
I ctione minoris nō eſt cauſa illationis falſi, quę eſt cōcluſio ipſa minor: qui autē ſcit inſtantiā ferre, non eſt, vt ait Ariſ. qui deſtruit rem, ex qua ſequitur ipſum falſum. vtcunq; contigerit, ſed eſt qui deſtruit rē, ob quā eſt falſum, & eſt illius cauſa. Notū autē eſt, ꝙ hæc deſtructio eſt poſſibilis in duobus locis, quorum vnus eſt, quādo ipſum interrogaſſet interrogās de præmiſſis & concluſionib' ſimul, aut qñ præmiſſæ, quas ille interrogat, fuerint de illis, quibus eius eſt in hac arte cōtradicere, & ſunt, qñ ſunt maximę diuulgatiōis. Secū K
dus aūt modus eſt, ꝙ deſtruat p̄miſſas, de quibus interrogat' nō fm ipſam rem in ſe, ſed fm interrogātem, & nequeat remouere locum deſtructionis. gratia exēpli, ꝙ quis interrogaret, an fortitudo ſit vtilis, & diceret reſpōdēs non, quia fortitudo eſt cauſa perditionis ipſius fortis, quando autē interrogās nō diſtingueret, ꝙ eſt per ſe ab eo ꝙ eſt per accidēs, nequiret ſoluere hanc inſtātiā: fortitudo. n. eſt cauſa perditionis ipſius fortis per accidēs, non per ſe. Tertius autē modus eſt, ꝙ iā interrogaſſet interrogans de præmiſſa vtili ad cō L
cluſionē, ſed ꝙ ille eā accepiſſet mutatā varietate, qua, qñ eo modo ſumpta fuerit, nō ſequeret' ab ea ipſa cōcluſio propoſita, & reſpōdens inſtaret ei hoc modo, & interrogans nequiret illā mutare in formā, qua ex ea ſequeret' ipſa concluſio, ipſa autē, qñ de ea interrogauerat, erat in potētia fm illā formā, prout quæreret interrogās, ꝙ id, ꝙ non eſt ſubſtantia, nō deſtruatur ſubſtātiæ ipſius deſtructione, & partes ſubſtātiæ ſuarū partiū deſtructione, prout hinc concluderet, ꝙ partes ſubſtātiæ ſint ſubſtātiæ. Et reſpōdenti eſſet hic locus M
dubij, qñ nō ſequitur hæc cōcluſio, ex eo qđ diximus, ꝙ nō ſubſtātia nō deſtruat ſubſtantiam ipſius deſtructione. Si autē intellexiſſet hoc per ſe ēſſe, ſciret ꝙ hæc cōcluſio ſequatur, & hoc, qñ permutaſſet ꝙ dicit, ꝙ nō eſt ſubſtātia nō deſtruit ſubſtātiam ipſius deſtructione in præmiſſam, quæ ſit hęc in potētia, & eſt qđ dicit fm cōuerſionē cōtradictorij, qđ deſtruit ſubſtātiā ipſius deſtructione, eſt ſubſtātia, & perinde cōcluſit propoſitū, ſcilicet ꝙ partes ſubſtātię ſint

ſubſtantiæ.

A ſubſtãtiæ. Quartus aũt modus ſubſtãtiæ, quæ cogit interrogãtẽ, & eſt minimus & infimus horũ modorũ, eſt inſtãtia, quæ cogit interrogantẽ cũ reſpõdẽte ad prolongationẽ orationis, & reducere ipſum per id, quo ei inſtat, adeo ꝙ protrahatur tẽporis mora, & eueniat laſſitudo, & ceſſet diſputatio, & recedãt abſque aliqua re, hoc autẽ nõ eſſet opus bene reſpõdẽtis: hoc autẽ fit, quãdo in ſyllogiſmi præmiſſas fuerint multa dubia, pro quibus dubiis opus eſſet multarũ præmiſſarũ, cũ reſpõdẽte quidẽ in verificãdo illas res quibus obſta-
B ret, cũ interrogãte vero in illarũ deſtructione. Et ſimiliter, qñ interrogãs velet cõmonſtrare, ꝙ præeligẽda ſit virtus bonæ fortunæ & bono caſui, & diceret, nũquid bona fortuna ſit interminata opulẽtia & inſtabilis. ſed fit per accidens & ſine arbitrio, & multa quæ indebite currũr, & diceret reſpõdens, res nõ eſt ita, immo bona fortuna eſt creatoris decretũ, atq; iudicium, & nulla res eſt, quæ ordinate & magis cõuenienter currat q̃; ipſa, quæ eſt Dei iudicij meritũ atq; decretũ, & tales, præmiſſæ ſunt, ad quarũ verificationẽ opus
C eſſet multi temporis, & longioris, q̃; opus eſſet ad verificationem ipſi⁹ quæſiti. hæc itaq; ſunt præcepta, quę præcepit reſpõdenti vti cũ interrogãte, priusq̃ concluſionẽ concludat. Expedit autẽ ꝙ dicatur quid ſecum faciat, poſtq̃ cõcluſerit ipſam cõcluſionẽ de redargutione, & increpatione, & traditione debilitatis, & vitij ſyllogiſmo, quẽ cõſtruxerat ex præmiſſis, quas ei admiſerat, fit aũt quãdo orationis vitiũ & corruptio euenerit ob interrogantem, nõ propter reſpõdẽtẽ. Cõmune nanq; opus nõ inueniẽ maximæ perfectionis, niſi D
ſociorũ occaſione, fit autẽ illis res cõmunis, quãdo ipſorũ propoſitũ fuerit eligere verũ, & ipſum adipiſci, & ſolum attingere exercitiũ: & expedit reſpõdenti ꝙ bonificet reſpõſionẽ, quãdo eius propoſitũ fuerit hæc intentio. Sociorũ enim debitũ eſt coadiuuare ſe mutuo cõmuni opere. Quando vero illorũ propoſitũ fuerit gymnaſticæ & agoniſticę victoriæ, non eſt ibi aliqua res cõmunis, & vterq; offendit alterum omni eo, quod ei poſsibile ſit illũ vincere de ſpeciebus orationũ ſophiſtarũ, & cę
teris, aut propter litem, quæ ipſum E
cogat ad hoc, aut ob victoriã, quæ ipſum ad hoc cõducat. non eſt aũt hismos diſputationis. & aliquãdo euenit ſyllogiſmo defectus ob cõcluſionem, quã cõmonſtrare intendit, vt ꝙ nõ inueniat intetrogãs diuulgatas, ex quibus procuret cõmõſtrare hoc quęſitum, niſi diuulgatas falſas. exẽpli gratia, qñ proponimus commõſtrare, ꝙ voluptas nõ ſit bona, & dicimus, voluptas nõ ponit cõmuni cãtes in ea bonos: omne aũt bonum ponit acquirentẽ ipſum bonũ: hinc cõcludit, ꝙ voluptas nõ ſit bona: dũ
aũt dicimus, omne bonũ ponit ac- F
quirentẽ ipſum bonũ, eſt falſum, ſed eſt diuulgatum, concluſio vero eſt falſa, qñ poſitio, quã reſpondẽs procurat ſuſtentare, fuerit vera, & cogit admittere præmiſſas falſas, falſum enim nõ cõcludit niſi ex falſo. Quãdo autẽ hoc ita fuerit, ſyllogiſmi corruptio euenit tribus modis, quorũ vnus eſt ex parte interrogãtis, & alter ex parte reſpõdentis, & tertius ex parte quæſiti: & ideo interrogans eloquitur probabilius, ꝙ ei admittitur, oratio aũt in hoc fit vilis. Et

G ſyllogiſmo euenit corruptio aut ob eius formam, aut ob eius materiã. Corruptio quidẽ euenies ob ipſam formã, partitur tribus partibus, quarũ vna eſt, ꝙ eius forma nõ ſit penitus, ſed fiat ex duabus negatiuis, & ſecũda ꝙ ſit ſine quæſito, prout minor ſit vniuerſalis negatiua in prima figura, & tertia ꝙ cõcludat per accidẽs, prout concluderet cõcluſio nẽ verã ex præmiſſis falſis, aut diuulgatas ex improbabili. Corruptio vero euenit ꝓpter materiã, quatenus cõponitur ex præmiſſis, quib⁹ deſit vna cõditio, aut plures de cõditioni
H bus datis præmiſſis ſyllogiſmi, in illa arte. Quãdo autẽ hoc ita fuerit, corruptio hinc ei euenit ex parte veritatis. aut quãdo eius præmiſſæ fuerint nefandæ, & forte cũ hoc erunt falſę: & eſſent corruptæ dupliciter, aut ꝙ cõcluſio ſit magis diuulgata q̃; ipſę, aut ꝙ præmiſſę magis indigeãt cõmõſtratione q̃; indigeat concluſio, aut ꝙ quæſitũ ſit de illis, quarũ commõſtratio poſſibile ſit fieri ex paucis præmiſſis, & hic fiat ex multis præmiſſis. Exẽpli gratia, ꝙ cõmonſtremus, ꝙ aliqua opinio ſit præſtãtior aliqua opinione, & illius cõmõ
I ſtratio contingat fieri ex præmiſſis paucis, & præmiſſis multis. Ex præmiſſis quidẽ paucis, vt ꝙ dicat, quædã opinio eſt vera, & eſt opinio de poſſibili frequẽti, & quędam eſt falſa, & eſt opinio de poſſibili raro, verũ aũt eſt præſtãtius falſo: ſic ergo aliqua opinio eſt præſtãtior aliqua alia opinione. Illius autẽ cõmõſtratio ꝑ plures præmiſſas eſt, vt ꝙ dicatur quędã entia dicunt præſtãtiora quibuſdã in eſſendo, ex quo ipſorũ quędam ſunt ſempiterna eſſe & neceſſaria eſſe, & quędã quæ non ſunt ſempiterna: & præſtãtia quędã ſunt K ſempiterna eſſe, & quædam nõ ſunt ſempiterna eſſe, & quę ſunt ſempiterna eſſe ſunt præſtãtiora illis, quę nõ ſunt penitus, opinio autẽ de eo, ꝙ eſt ſempiternũ eſſe, ſit vera, & de eo, ꝙ nõ eſt ſempiternũ eſſe, ſit falſa, ſicq; ſit opinio vera & opinio falſa. Vera autẽ eſt firmioris veritatis & permanẽtioris: & ꝙ eſt vehementioris & permanẽtioris veritatis, eſt præſtantius, ſic ergo iam fit quędam opinio præſtãtior aliqua opinione. Et iterũ aliquãdo euenit corruptio ipſi ſyllogiſmo, quatenus ſumũtur eius ꝓmiſſę ſm ꝙ ſit cauſa cõcluſio- L nis, & nõ ſunt cauſa. & hoc euenit in ſyllogiſmo impoſſibilis, & recti, qui diſtinct⁹ eſt in libro Elẽchorũ. Et ſimiliter accidit illis corruptio, quę dicit petitio. Et aliquãdo accidit corruptio ex parte varietatis interrogationis a præmiſſis, quas admitterẽt, vt ꝙ ſuperaddat illis, aut imminuat ab illis, aut eis vtat ſm aliũ caſũ ab eo caſu, quo eas admiſerat. hi itaque ſunt modi corruptionis, qui euenirũt ſyllogiſmo ſm modũ vniuerſalitatis ipſorũ & ſm quantitatẽ. Et Ariſtoteli videt ꝙ increpatio eueniat interrogãti quinq; modis. Quo M rũ vn⁹ eſt; ꝙ oratio nõ cõcludat penit⁹, aut ei⁹ ꝓmiſſę ſint remotę, vel falſę & remotæ ſimul. exẽpli gratia, oratio Meliſſi, ſi ens gignat, eius eſt principiũ, ſed non gignit, ſic nec eſt ei⁹ aliꝙ principiũ, ergo ens eſt vnũ, totũ enim hoc cũ formę corruptione, eius præmiſſę ſunt falſę. Secũdus eſt, ꝙ oratio nõ concludat quæſitũ, ſed cõcludat aliud, & ipſius præmiſſæ ſint remotæ, aut falſæ & remotæ, ſicut eſt oratio, quicquid eſt præter ens eſt non ens: & quicquid eſt

non

A nõ ens, nulla res est: ergo ens ẽ vnũ. hæc enim concludit, ꝙ quicquid est præter ens, nulla res sit, non ꝙ ens sit vnum. Tertius aũt est, ꝙ sylli construction compleatur per præmissas, quas ex seipso addiderit, aut imminuerit, & cum hoc sint nefandæ, aut falsæ & nefandæ. Quart⁹ est, ꝙ præmissæ sint minus diuulgatę q̃ conclusio, & cum hoc siut nefandæ. Et quintus est, ꝙ p̃missæ, ex quibus construitur sylls, sint veræ, & patũ probabiles, ĩmo indigeant longiori tpe pro ipsarum cõmonstratione, q̃ sit tempus cõmonstrationis ipsius quę
B siti, hoc autẽ est qñ huius sylli sint præmissæ notiores eo. Hi aũt qnq; modi repulsus euenit ũt interroganti, qñ ipse fuerit illorũ causa. Verax aũt oratio in hac arte, ꝓut dicit, est triũ specierum: quarũ prima & præstantissima est, ꝙ sit cõposita ex ptę missis maxime diuulgatis, quas respondens iã admiserit, & eius figura sit, quæ p se primo concludat propositum concludendum: secundus aũt est, ꝙ sit cõposita ex p̃missis medijs ſm diuulgationẽ & probabilitatẽ, quas respoudens admittat, & cõcludat quæsitũ primũ per se: & tertius
C est, ꝙ sit cõposita ex præmissis, quarum quasdã receperit ab ipso respõdente, & aliquas ꝓtulerit ex seipso, sed illæ quas ex seipso ꝓfert, sint maxime laudandę. Falsas aũt orationes in hac arte dico nefandas, & eas dicimus esse quatuor specierum. Quaꝝ prima est, ꝙ oratio cõcludat ſm opinionem, non ꝙ ita vere sit, prout esset ex duabus affirmatiuis in secũda figura: prout dicebat Plato, sapiens est robustus, & fortis est robustus, sapiens iraq; est fortis. Secunda est ꝙ concludat, sed non ipsum quæsitũ.

Et discrimen harũ duarum specierum, & illarũ, quæ dinumeratæ sũt, in increpatione est, quia in illis adiecta est conditio cũ hoc ꝙ sint nefandæ & falsæ simul. Tertia est ꝙ cõcludat ipsum quæsitum p se primo, sed ipsius præmissæ non sint ſm conditionem, quã exposcit illa ars, prout esset cõmonstratio de re agraria p præmissas, quæ non sint agrariæ, sed altetius artis. vt qui cõmonstraret ꝙ vulnera circularia sint difficilis sanationis, quia circulus ẽ latissima omnium figurarum rectilinearũ ęqualis ambitus ei. Quarta est ꝙ concludat quæsitum per se primo, sed eius E
præmissæ sint falsæ scilicet oẽs, aut quædam ipsarũ. Et hęc quidem spẽs nõ est de syllis qui sint corrupti semper, & omnimode ſm hanc artem, quia aliqñ tes cogeret hic vti p̃missis falsis, qñ contigisset, ꝙ ad hanc rem quæsitã, non essent præmissę diuulgatæ nisi falsæ. Et aliqñ in ipsa demõne fit sylls, cuius vna præmissarum sit falsa, & hoc quidem fit in sylło impossibilis, prout cõmonstratum est. Si aũt hoc ita fuerit, cõsiderationes, quibus considerantur sylli in topica, & in scientijs sunt trium
F specierũ. Prima quidẽ consideratio est an concludat, aut nõ concludat, & hæc consideratio differt ab alia diuisione, an concludat vel non cõcludat, illa enim est an cõcludat vel nõ concludat quæsitum p se aut p accidens, hæc aũt, an primo, aut secũdo. Et notũ est ꝙ in singulis his speciebus verax ẽ aliquo modo dicere, ꝙ non concludat, sed non concludens quæsitũ hic est concludere perfecte concludendo. In qua considerandæ sunt tres conditiones. ſ. ꝙ concludat quæsitũ, & ꝙ ipsum concludat prĩo.

D

& ꝙ

G & ꝙ concludat ipſum p ſe, & iam dictum eſt de hoc in libro Priorũ analiticorũ. Hoc itaq; ſcrutiniũ includit tres ſpẽs ipſorum corruptorum. Secunda conſideratio eſt, ꝙ cõſideretur cõcluſio, & inſpiciamus eam, ſi fuerit falſa, quia tunc ſcimus ꝙ in ſyllĩ præmiſſis neceſſario eſt mendacium. Si aũt fuerit vera, iam poſſibile eſt ſyllĩ præmiſſas eſſe falſas, aut veras, verũ enim aliqñ concluditur ex falſo, prout in libro Priorũ analiticorũ eſt commonſtratum, & tunc expedit nobis inſpicere ſyllĩ præmiſſas, quæ ſi fuerint falſæ, deſtruet ſyl-
H logiſmũ, ſi autem fuerint verę, vtendum eſt illo. Tertia cõſideratio eſt, an factæ ſint ſm artis conditiones, adeo ꝙ ſint in topica topicæ, & per ipſum repellantur, quæ repellenda ſunt, & ſĩr de reliquis, quorũ conditionis eſt, ꝙ adijciantur cõditiones præmiſſarũ illius artis. Et notũ eſt, ꝙ hæc conſideratio includit oẽs ſpecies corruptionis, quas narrauimus. Et interdũ euenit hic quædam ſpẽs vitij ſyllogiſmorũ, quæ reputat corruptio, cũ non ſit corruptio, & forſitan reſpondens p illam repelleret interrogantẽ: hæc aũtẽ, aut eſt error,
I aut ſophiſma, & illa eſt corruptio, quæ petitio principij vocat, hęc autem dupl̃r fit, aut vere, aut diuulgate, & ambæ ſpẽs petitionis fugiũtur in hac arte. In arte vero demſonis ſolum eſt ſpecies vera. Et iam elocutum eſt de petitione vera ipſiuſmet quæſiti, & eiꝰ oppoſiti in libro Priorum analiticorum, hic autem diceẽ de petitione, quæ fit ſecundum opinionem laudandam.

De petitione ſm opinionẽ laudandam.

Petitio vl̃r fit de ipſomet quęſito ſm quinq; modos. Prima ſpecies, & manifeſtior eſt, qñ vice ſubiecti, aut prædicati quæſiti ponit nomẽ addi K
tum tot:, aut vice nominis ponitur oratio gerens vicẽ nominis, neminem enim poſſibile ẽ errare in hac ſpecie, neq; decipi, qñ ponit ipſummet quæſitum ſine permutatione. Secunda aũt eſt, qñ vice rei particularis ponitur vl̃e ambiens ipſam, vt ꝙ velit cõmonſtrare, ꝙ contrariorũ ſcientia ſit vna, & ponat ꝙ oppoſitorum ſcientia ſit vna. Tertia autẽ eſt, ꝙ vice rei, quæ cõmonſtrari intenditur, ponat illius partiũ commonſtrationẽ. Et quarta, ꝙ vice totiꝰ ponat ipſius partes, vt ꝙ velit ꝙ medicinæ ſcĩa ſit ſcientia ſanitatis & ęgri L
tudinis, & de per ſe commonſtret, ꝙ ſit ſcĩa ægritudinis, & de per ſe ꝙ ſit ſcĩa ſanitatis. Quinta aũt eſt, ꝙ commonſtret rem p ipſam conſequens, vt ꝙ velit cõmonſtrare, ꝙ diameter ſit incommenſurabilis coſtæ, & cõmonſtret cõuerſam. ſ. ꝙ coſta ſit incõmenſurabilis diametro. Et modi petitionis de oppoſito quæſiti ſunt hi idem: ex quo oppoſita ſunt tria, affirmatiua, & negatiua, contraria, & priuatio, & habitꝰ, & hi ſunt qnq; modi qui inueniuntur ſingulis his tribꝰ. Species itaq; petitionis de quę ſiti oppoſito ſunt quindecim. Dr̃ia M
autẽ inter petere de oppoſito ipſius quæſiti, & petere de ipſomet quęſito eſt, quia, qñ petitur de ipſomet quęſito, apparet nobis error, qñ inſpicimus ipſammet concluſionẽ, qñ inueniturꝫ ipſamet in altera duarũ præmiſſarum ipſius ſyllĩ. Quando vero petimus de oppoſito ipſius q̃ſiti, error nobis apparet in altera duarũ præmiſſarum, ex quibus inferebat, & eſt illa, quæ connexa eſt cõtradictorio ipſius quæſiti. Prima aũt ſpecies eſt vere petitio de quæſito, qñ

oratio

A oratio quæ cõmutata eſt vice nomi nis, non fuerit definitio, reliquæ autem quatuor ſunt petitio ſm opinionem, & non vere, & tertia eſt inquiſitio, reliquis aũt tribus vtunt ſcientiæ, immo non conſtituuntur ſcientiarum ſyllogiſmi ſine illis. Hęc quidem ſunt præcepta, quæ proprie cõcernunt reſpondentem, & iam elocutum eſt de illis, quæ proprie concernunt interrogantem.

Loci communes pro interrogante, & reſpondente. Cap. 4.

68. Locus. Declatio. B EST autem orationẽ prohibere concludi, quadruplr. Nam aut interimendo id propter quod fit falſum, aut ad interrogantẽ inſtantiã dicendo: ſæpe enim non ſoluit quidẽ: qui tñ interrogat, nõ poteſt longius producere. Tertiũ aũt ad interrogata: accidit enim ex interrogatis quidem non fieri quod volumus, eo ꝙ non bene interrogata ſint, addito autẽ aliquo, fieri concluſionẽ. Si igit nõ amplius poteſt producere interrogãs, ad interrogantẽ erit inſtãtia, ſi aũt C poteſt, ad interrogata. Quartũ aũt, peſſima eſt inſtantiarũ quę eſt ad tempus: nam quidã talib⁹ inſtans ad quæ diſputare pluris eſt tpis, q̃ præſentis exercitationis: inſtantiæ igit, vt dictum eſt prius, quatuor modis fiunt. Solutio autẽ eſt earum quæ dictæ ſunt, prima tm̃: reliquæ aũt prohibitiones quædam & impedimenta cõcluſionũ. Inculpatio vero orationis, & ſm ipſam orationẽ, & qñ interrogat nõ eadẽ, Plerunq; enim ꝙ nõ bene diſpu D tatur oratio, is, qui interrogat, eſt cauſa, eo ꝙ non concedat ex quibus probe erat diſputare ad poſitionẽ: nam non eſt in altero ſolo bene abſoluere cõe opus.

Neceſſarium igitur qñq; ad di 70. Locus centẽ, & non ad poſitionẽ argu- Declatio. mentari, qñ is qui reſpondet, & contraria interroganti obſeruat corroborãs: proteruientes igit, altercatorias, & non dialecticas faciunt exercitationes. Amplius aũt, quia exercitationis & expe E rimenti gratia, & non doctrinæ huiuſmodi ſunt orationes, ꝓſpicuum qm̃ non ſolum verũ ſyllogizãdum, verũ etiã falſum, nec per vera ſemper, ſed qñq; & per falſa: ſæpe enim vero poſito, interimere neceſſe eſt diſputantem, quare proponẽda falſa; qñq; autem & falſo poſito, interimendũ per falſa. nihil enim prohibet alicui videri quæ non ſunt, magis q̃ vera: quapropter ex ñs, quæ illi videnť, oratione facta magis erit ſuaſus q̃ adiutus. Oportet 71. Locus. aũt eum, qui bene transfert, dia F lectice, & non contentioſe tranſferre. Vt geometrã geometricè, ſiue falſum, ſiue verum ſit quod concludendũ eſt: quales aũt dialectici ſyllſi, dictum eſt prius.

Quoniã autẽ malus particeps, 72. Locus. qui impedit cõe opus, patet ꝙ & in orationibus: nam cõe quippiam quod proponit & in illis eſt, præterq̃ in concertantibus: his autẽ non eſt eundem vtriſq; finem aſſequi; nam plures vno

69. Locus Declatio.

impoſſe

G impoſsibile eſt vincere. Differt autē nihil ſiue in reſpondendo, ſiue id interrogādo fiat: nam & qui cōtentioſe interrogat, praue diſputat: & qui in reſpondendo nō dat quod videt neq; ſuſcipit, quicquā quod vult interrogans interrogare. Manifeſtū igitur ex ñis quæ dicta, q̄ non ſiſt inculpandum & ſm ſeipſam orationem, & interrogantē. Nā nihil prohibet orationē quidem prauam eſſe, interrogantē vero vt poſsibile eſt optime cōtra reſpōdentem diſceptare: nam contra proteruos non poſſe fortaſſe ſtatim ſumere quales quis uult, ſed quales fieri poſſe faciendi ſyll'i. Quoniam aūt eſt indeterminatum q̄ñ contraria, & q̄ñ ea, quæ ſunt in principio ſumunt hoīes (nam plerunq; per ſeipſos dicentes contraria dicunt: & abnuentes prius, dant poſterius, eo q̄ interroganti & cōtraria, & quę in principio, plerūq; obediunt) neceſſe eſt prauas fieri diſputationes: cauſa aūt eſt qui reſpondet I hæc quidē non dans, illa aūt talia dans: manifeſtum igitur, q̄m non ſiſt inculpandum & interrogantes, & orationes. Orationis autē ſm ſeipſas quinq; ſunt inculpationes. Prima quidem q̄ñ ex interrogatis non concluditur neq; quod propoſitū eſt, neq; oīno quicquā, cùm ſint vel falſa, vel inopinabilia, aut oīa, aut plurima, in quibus cōſiſtere debet concluſio: & neq; ablatis quibuſdā, neq; additis, neq; his quidē ablatis, illis vero additis, K fit cōcluſio. Secūdo aūt, ſi ad poſitionē non fiat ſyll's, & ex talibus, & eo modo quo dictum eſt prius. Tertia vero ſi additis quibuſdam fiat ſyll's: hæc autē ſint deteriora ñis, quæ interrogātur, & min⁹ probabilia cōcluſione, etiā ſi ablatis quibuſdā, nā q̄ñq; ſumunt plura neceſſarīs: quare non eo q̄ hæc ſunt, fit ſyll's. Amplius, ſi ex inopinabilioribus, & minus credibilibus cōcluſione, aut ſi ex veris, ſed maiore opera indigētibus demōſtrari, q̄ problema: non oportet aūt ex oīb⁹ problematis ſyll'os exiſtimare ſiſt probabiles eſſe, et ſuaſibiles: natura enim ſtatim ſunt aliqua quidē faciliora, alia vero difficiliora eorū, quę interrogant: quare, ſi ex aliquib⁹ vt fieri pōt maxime probabilibus, coniecturā fecerit, diſputatū bene eſt. Manifeſtū igitur, q̄m orationis non eadē inculpatio, & ad problema, & ſm ſe. Nam nihil ſm ſe quidē orationē prohibet eſſe vitupera M bilem, ad problema aūt laudabilem: & rurſum ediuerſo ſm ſe quidē laudabilē, ad problema aūt vituperabilem: q̄ñ ex pluribus eſt facile cū probabilibus, tum veris concludere. Erit autē q̄ñq; oratio ēt concludens q̄; nō concludens deterior, q̄ñ illa quidem ex abſurdis concludit, cùm non ſit tale problema: hæc autē indigeat talibus quę ſunt probabilia & vera, & nondum ex aſſumptis ſit oratio. Eos aūt, qui

73. Locus.

L

Inculpationes orationis q̄nq;.

74. Locus Declatio.

75. Locus Declatio.

76. Locus Declauo.

per

A per falſa verum concludunt, nō iuſtū eſt inculpare. Nam falſum quidē ſemper neceſſe eſt per falſa ſyllogizare: verum autem eſt qñq; per falſa ſyllogizare, manifeſtum autem id ex analiticis. Cùm aūt demonſtratio ſit alicuius dicta oro: ſi aliquid eſt aliud quod ad concluſionē nullo modo ſe habet, nō erit ex illo ſyll's: ſi autē appareat, ſophiſma erit, non denīro. Eſt aūtem philoſophema quidem, ſyll's demōſtratiuus: epichirema autem, ſyll'us

B dialecticus: ſophiſma vero, ſyll's contentioſus: aporema autē ſyllogiſmus dialecticus contradictionis, Si vero ex vtriſq; quæ videanť, aliquid oſtendať, non aūt ſimiliter videanť: nihil prohibet quod oſtenditur magis al

77. Locus Declatio. tero videri. Sed ſi hoc quidem videatur, illud aūt neutra parte: aut ſi hoc quidem videať, illud autē non videatur: ſiſr quidem ſiſr vtiq; erit, & non: ſi autē magis alterū, ſequetur quod eſt ma

78. Locus. Declatio. gis. Eſt aūt quoddam & idem

C ad ſyllogiſmos peccatū, quādo oſtendit per longiora quod contingit per breuiora, & quæ orationi aſſunt. Vt q; eſt opinio magis altera q̄; altera: ſi quis petat ipſum quodq; maxime eſſe, eſſe aūt opinabile, ipſum quod vere eſt: quare quorundā magis eſſe ipſum: ad quod aūt magis, magis dicitur eſſe. eſſe aūt & ipſam opinionem verā: an erit accuratius, q̄; par ſit exigens quędam? petitum eſt aūt & ipſam opinionem verā eſſe, & ipſum quodq; D maxime eſſe, ac ſi ipſa opinio vera certior ſit: ſed quæ nequitia maior, q̄; quæ facit circa id cuia eſt oratio, latere cauſam? oratio aūt eſt manifeſta vno quidē modo, & publiciſsimo, ſi ſit concludens ſic, vt nihil oporteat interrogare: vno aūt & qui maxime dicitur: cū ſumpta quidem ſint ex quibus neceſſariū eſt concluſionē eſſe, quæ quidem ſint per concluſiones concluſa, etiā ſi id omittiť quod valde pbabile eſt.

Falſa aūt oratio vocatur qua- E drupliciter. Vno quidem modo 79. Locus Declatio. qñ apparet concludere quæ nō concludit: vocatur aūt appārēs, litigioſus ſyll'us. Alio modo, qñ concludit quidē, non tñ ad propoſitum: quod accidit maxime in ñs quæ ad impoſſe ducunt. Aut ad propoſitū quidem concludit, non tñ ſm propriam diſciplinam: hoc aūt eſt, ſi ea, quæ non eſt medicinalis, videať eſſe medicinalis, aut geometrica, q̄ non eſt geometrica, aut dialecti F ca, quæ nō eſt dialectica, ſiue verū, ſiue falſum ſit quod accidit. Alio aūt modo, ſi per falſa non concludit: huius autē erit qñq; quidem concluſio falſa, qñq; autem vera: nam falſum quidem ſemper per falſa concludit, verū autem poſsibile eſt & nō per vera: vt dictum eſt prius. Quod autem falſa ſit oratio, dicentis peccatum potius eſt, q̄; orationis: at ne quidem dicentis ſemper, ſed cū lateat ipſum quod falſam ora

tionē

G tionem dixit aliquam: eo q̃ ab ipſo ſuſcipimus cum plurib⁹ veris quippiam amplius: ſi ex ñs quæ maxime videtur interimit aliquid verorum (talis enim exiſtens, verorũ demonſtratio eſt) oportet ſanè poſitorum aliquid non eſſe oĩno, quare erit huius demonſtratio. Si autem verum concludat per falſa, & valde abſurda, complurib⁹ deterior erit quæ falſum ſyllogizant: erit aũt talis, & quæ falſum concludit.

H Quare manifeſtũ q̃ prima quidem conſideratio orationis ſm ſeipſam eſt, ſi concludit: ſecũda autem, vtrum verũ an falſum: tertia vero, ex qualibus quibuſdam. Nam ſi ex falſis quidẽ, opinabilib⁹ autẽ, rationabilis: ſi autem exiſtentibus quidem, ſed in opinabilibus, praua: ſi vero & falſa & valde inopinabilia ſint: dilucidum quod praua, aut ſimpliciter, aut ad rem. Id aũt, quod in principio & cõtraria quonã pacto peteret interrogans, ſecundum veritatem quidem in analiticis dictum eſt, ſecũdum opinionem vero nunc dicendũ eſt.

I

80. Locus. Declaratio.

Petere autem videtur id quod eſt in principio quinq̃ modis. Manifeſtiſsimo quidẽ & prĩo, ſi quis idipſum quod monſtrari oporteat, petat: hoc autem in eo ipſo quidẽ non facile latere põt, in ſynonymis autem, & in quibuſcunq̃ nomen & oratio idem ſignificat, magis. Secundo autẽ, q̃ quod particulariter oporteat demõſtrare vlr quis petat: vt qui argumentatur q̃ contrariorum una diſciplina, omnium oppoſitorum poſtulauerit vnã eſſe: nam videtur id quod oportebat ſm ſe oſtendere, cum alĩs petere pluribus. Tertio, ſi quis quid vniuerſaliter eſt oſtendere propoſitũ, particulariter petat. vt ſi de omnibus contrarĩs propoſitum eſt, de aliquibus poſtulet: videtur enim hic quod cum pluribus oportebat oſtendere ſe eundum ſe, extra petere. Rurſus, ſi quis diuidẽs petat problema: vt ſi oportet oſtendere medicinam ſani & ægri, extra vtrunq̃ poſtulet: aut ſi quis eorum, quæ ſequuntur ſeinuicem ex neceſsitate, alterum petat: vt latus incõmẽſurabile eẽ diametro, ſi oporteat oſtẽdere q̃ diameter lateri. Æqualiter autem & cõtraria petunt ei, quod ex principio eſt. Nam primo quidem ſi quis oppoſita petat ſm affirmationem & negationem: Secundo autem contraria ſecundum oppoſitionem: vt bonum & malum idẽ: Tertio vero, ſi q̃s vniuerſaliter poſtulans, particulariter petierit contradictionem. Vt ſi quis ſumens contrariorum vnam diſciplinam, ſani & ægri alteram eſſe petat: aut ſi hoc petẽs, in vniuerſali oppoſitionem tentet ſumere. Rurſum, ſi quis petat contrarium ei, quod ex neceſsitate accidit per ea quæ poſita ſunt: et ſi quis ea quidẽ non ſumat quæ oppoſita, at alia petat duo, ex q̃bus erit oppoſita contradictio.

K

L

M

81. Locus. Declaratio.

Differt

A Differt autem contraria ſume-
82. Locus. Declatio. re tantillū ab eo quod ē in prin-
cipio: qm̄ huius quidem eſt pec
catum ad cōcluſionem (nam ad
illam aſpicientes, quod in prin-
cipio eſt dicimus petere) cōtra-
ria aūt ſunt in propoſitionibus,
eo ꝙ ipſæ aliquo modo ſe habēt
adinuicem. Ad gymnaſiam au-
tem & exercitationē talium ora
tionum primū quidem conuer
tere aſſueſcere oportet ōrones.
Sic enim & ad id, quod dicitur,
B copioſius nos habebimus, & in
paucis, plures ſciem⁹ orationes:
nam conuertere eſt transſumen
tem concluſionem cum reliquis
Iterrogationib⁹ interimere vnū
quippiam eorū quæ dicta ſunt:
neceſſe eſt enim, ſi concluſio nō
eſt, vnam aliquā interimere pro
poſitionum, ſiquidem omnib⁹
poſitis neceſſe erat concluſionē
eſſe. Ad omnem autem poſitio-
nem & quod ſic, & quod nō ſic
argumentum conſiderandum,
& cùm inueneris, ſolutionē ſta-
C tim quærēdum. Sic enim ſimul
accidet & ad interrogādum, &
ad reſpondendum exerceri: & ſi
ad nullum aliū habemus, apud
noſipſos ſenſim cōparanda ſunt
quæ attinent ad ipſam poſitio-
nem argumenta: nam id ad co-
gendum multam copiam præ-
bet, & ad redarguēdum magnū
habet adiumentū, quando quiſ
piam promptus eſt argumenta
ri, & ꝙ ſic & ꝙ non ſic: nam ad
contraria accidit facere obſerua
tionem, & ad cognitionē, & ea
(quæ ſecundum philoſophiam D
eſt) peritiam poſſe conſpicere, et
conſpexiſſe quæ ab vtraq; acci-
dunt ſuppoſitione, nō paruum
inſtrumentum: reliquum enim
horū, recte eligere alterū: opor-
tet autem ad id, quod tale eſt, eē
bono ingenio: & hoc eſt ſecun-
dum veritatē bonum ingeniū,
poſſe bene eligere verum, & diſ
fugere falſum: quod q̄ nati ſunt
bene, poſſunt probe facere: nam
qui amant, & qui odiunt, quod
profertur facile diſcernunt opti
mum. Et ad ea, quæ ſæpiſsime E
incidunt problemata, ſcire opor 84. Locus Declatio.
tet orationes, & id maxime de
primis poſitionib⁹. Nam in his
faſtidiunt ſæpe qui reſpondent.

Amplius, terminorum copio- 85. Locus. Declatio.
ſos eſſe oportet, & probabiliū,
& primorū ſe habere prōptos:
nam per hæc fiunt ſyllogiſmi.

Tentandum autē & ea, in quæ 86. Locus. Declatio.
ſæpiſsime incidunt diſputatio-
nes, tenere. Nam quemadmodū
in Geometria ante opus eſt cir-
ca elementa exercitatum eſſe, & F
ī numeris circa capitales prom-
pte ſe habere, & multum refert
ad hoc, & alium numerum co-
gnoſcere multiplicatum. ſimili-
ter quoq; & in orationib⁹ prom
ptum eſſe ad principia, & pro-
poſitiones memoria ſcire opor-
tet: nam perinde ac in memoriæ
ſenſorio ſolum loci poſiti ſtatim
faciunt ipſas res memorare: &
hæc faciunt ad ratiocinandum
promptiorē, eo ꝙ ad determina
tas illas inſpiciat ſm numerum.

Propo-

G Propoſitionemq; cõem magis
87. Locus Declatio. q̃ poſitionẽ in memoria ponen
dum. Nam principiorũ & ſup-
88. Locus. poſitionũ copioſum eſſe medio-
Declatio. criter, difficile. Amplius, ora-
tionem vnã plures facere aſſue-
ſcendũ, uelut ñ, qui occultiſsime
abſcondunt. Tale aũt erit ſi quiſ
quàm plurimũ abſcedat ab affi-
nitate eorum, de quibus eſt ora-
tio: erunt aũt potiores orationũ
vniuerſales maxime, quæ id pa
ti poſsint, ut qñ non eſt vna plu
riũ diſciplina: ſic enim & in ñs,
H quæ ſunt ad aliquid, & in con-
89. Locus. trarñs, & coniugatis eſt. Opor-
Declatio. tet aũt & reminiſci vniuerſales
facere orationes, tametſi fuerit
diſputans particulariter. Sic enĩ
& plures licebit vnam facere: ſi-
militer autem et apud Rethores
in enthymematibus. Eundem
aũt q̃; maxime fugere, cõtra vni
90. Locus Declatio. uerſale ferre ſyllogiſmos. Et ſem
per oportet conſiderare oratio-
nes, ſi in pluribus communibus
91. Locus. diſputantur. Nam omnes par-
Declatio. ticulares in vniuerſali diſputatę
I ſunt, & ineſt in particularibus
ei⁹, quod eſt vniuerſale, demon-
92. Locus. ſtratio, eo q̃ non eſt ſyllogizare
Declatio. quicquã ſine vniuerſali. Exer-
citatio autem facienda, inductiuarum quidem ad rudem, ſyllo
93. Locus. giſticarum autem ad expertũ.
Declatio. Et tentandum accipere ab ñs quidem, qui in ſyllogiſmis triti ſunt, ppõnes, ab ñs vero, qui in inductionibus, ſimilitudines; in hoc enim vtriq; exercitati ſunt.
94. Locus Declatio. Omnino autem exercitationis gratia diſceptantibus tentandũ K afferre aut ſyllm de aliquo, aut propoſitionem, aut ſolutionem, aut inſtantiã, ſiue recte quis dicat, ſiue perperam, vel ipſe, vel alter, & ad quippiã vterq;. Ex his enim facultas, exercitatio autem facultatis gratia. Et maxime circa ppõnes, & inſtantias: erit enim, vt ſimpliciter dicam, dialecticus, propoſitiuus, & inſtantiuus: eſt autem proponere quidem, vnum facere quæ ſunt plura. Oportet enim vnum omnino ſumere ad quod eſt oratio: L inſtare autem quod vnum eſt, facere plura: nã aut diuidit, aut interimit: hoc quidẽ dans, illud aũt non dans, eorum quæ propoſita ſunt. Non eſt autẽ cum 95. Locus. omni diſputandum, neq; cõtra Declatio. quemlibet exercitãdum. Nam neceſſe ad aliquos, prauas fieri orationes: ab eo enim qui oĩno tentat apparere, diffugiendum: iuſtum autem omnino tentare ſyllo cõcludere, verũtamen nõ pulchrum, eo q̃ non oportet ad M uerſus quoslibet facile conſiſtere, quandoquidẽ neceſſe eſt paruiloquium inde emergere: nam qui exercitati ſunt, non poſſunt abſtinere à diſputatione, ſine altercatione. Oportet autem & 96. Locus. factas habere oratiões ad huiuſmodi problemata, in quibus cũ pauciſsimorum copia eas ad q̃ plurima vtiles habeam⁹, ille vero ſunt vniuerſales, & ad quas in promptu quippiam adinuenire difficile eſt.

Sermo

A *Sermo de præceptis communibus interroganti & respondenti. Cap. 4.*

RElíquum nobis est oratione ferre de illis, quæ ambos, s. & interrogantē & respondentē includunt. Et hęc quidem pręcepta vtilia sunt vni triū rerum: quarū vna est, ne remittat vis faciendi vehemētiorem orationē de vna eadem positione, aliqñ secundum modum interrogationis, & aliqñ fm modum resp̃onsionis: secunda aūt est, vt acquiratur vis festinandi circa syllī artē, aut cū interrogatione, aut cū obuiatione: & tertia est vis, cuius conditio
B nis ē agere has duas operationes, & hæc quidē vis est viri habētis artem dialecticā. Et de illis est, vt vir assuescat reductionē syllogismorum, de qua elocutū est in 2. Priorū Analiticorum, s. q̃ sumamus oppositū cō clusionis, & connectamus ei alterā duarū præmissarum syllī, & concludatur p hoc contradictoriū alterius p̃missæ. Et hoc quidem vtile sit respondenti, quia p ipsum cōstitueret syllī præmissas, quas interrogauerat ipse interrogans: hoc aūt contingit, qñ cæperit in interrogatione præ
G contradictionis, quia auferret partē præmiſſarum poſitarū in eo, inquā rū inferret falſum, accidit aūt valde in eo ꝙ ingrediat præmiſſa, quam ſophiſta intēderet deſtruere cū ſumma præmiſſarū falſarum, ex quibus accidit ipſum falſum, Qñ aūt acciderit, putat ꝙ acciderit ex illa præmiſſa, in cuius deſtructione errauerūt, ipſum aūt falſum ſequitur nō ex illa præmiſſa, ſed ex alia præmiſſarū falſarū, quas poſuerat. Exēpli gratia, diceret quiſpiam, ꝙ anima & vita nō ſint vna res, quia ſi eſſet vna res, omnes ſpecies generationis eſſent cō
H trariæ omnibus ſpeciebus corruptionis, & ſingulis ſpeciebus corruptionis eſſent ſingulæ ſpecies generationis, quæ eas appropriarēt, quæ eſſent eis cōtrariæ, mors autem eſt corruptio quædam, ſicque vita eſt generatio quædam, qñ autē vita erit generatio, vita eſt ei, quod fuit & perfectum eſt, generatio autē eſt eius qđ generatur. Illud itaque, quod generat, iā fuit, hoc aūt eſt diuerſum impoſſe, ergo aīa & vita non ſunt vna res, qm̄ hoc falſum ſequitur ex hoc ſermone, licet nulla ſuarum præmiſſarū ſupponat, ꝙ aīa & vita ſint vna
I res: & ideo nō dicimus, ꝙ nō ſit illatiuus ſimpliciter, ſed dicimus, ꝙ nō ſit illatiuus in comparatione ad id, quod intenderat cōcludere. In eſſentia aūt iſtius exempli eſt fallacia quędam, ſed non curamus de ea hic, & ideo hoc exemplū facit errare multos. Fallacia autem, quę accidit in eo ex loco cōſequentis, & ex acceptione eius, ꝙ non eſt cauſa concluſionis, ac ſi ſit cauſa ſic. Fallacia vero, quæ accidit ex acceptione duarū interrogationū in vna interrogatione, accidit ex parte, qua ferret duo reſpōſa diuerſa, quibus reſpōderet vni K
co reſpōſo. Accidit aūt hæc fallacia, qñ accipit loco vnius prædicati in enuntiatione plusq̄ vnū prædicatū, & loco vnius ſubiecti in enuntiatione plusq̄ vnum ſubiectū. Exēplum itaq; eius, quo accipiuntur loco vni⁹ prædicati duo p̄dicata eſt ſermo dicētis, terra eſt ex aliquare & aqua: iſte.n. eſt duæ enuntiationes & duæ interrogationes, nō vna. Exemplū aūt acceptionis duorum ſubiectorū eſt ſermo dicentis, hic & hic eſt hō: hic.n. ſunt duæ enuntiationes, non vna enūtiatio. Quidam aūt hoīum
eſt, qui qñ interrogatus fuerit talibus interrogationibus pluribus, ac ſi L
eſſent vna interrogatio, forte cogitabit multiplicitatē, quæ eſt in interrogatione, & ſtabit, & pauſabit. Forſitan autē reſpondebit vnico reſpōſo, & ꝓueniet ei elenchus & falſum, ſicut ſi dicerem⁹, hic & hic eſt hō. Ille itaq;, q percuſſerit hunc & hūc, percuſſit itaq; vnum hoīem non duos hoīes. Plurimū aūt ꝙ accidit fallacia ſm hūc locū eſt, qñ cōtigerit, ꝙ prædicata rerū, de quibus interrogatur interrogatio, ſint contraria, ſicut in aggregato quarundam rerum ſit bonum, & earum ſit aliquid, quod M
nō ſit bonū, & interrogaret de oīb⁹ ipſis vna interrogatione, an ſit bonū, vel nō bonū: quæcunq; aūt duarū reſpōſionū reſpōderet eſſet fallacia, niſi diuideret aliquā rē in eas, & ferret reſpōſum de eis ſm numerū interrogationū, quę ſunt in eis, ſicut ſi interrogaret ā fruitio ſēſibiliū & fruitio intelligibiliū ſit bona, an nō bona? qa ſi diceret bona, erraretur, quia fruitiones ſenſatæ nō ſunt bonæ. Si aūt diceret malæ, erraretur, quia fruitiones intellectiuę ſunt bo-

næ,

A næ, & laudabiles. Qñ aũt illarũ pluriũ rerũ iudiciũ fuerit vnũ iudiciũ, iſte locus nõ ſit falſigraphus, & hoc, qñ iudiciũ totius ex illis fuerit idẽ, ꝙ iudiciũ vni⁹, qa tũc interrogatio de oĩb⁹ eſt, ſicut interrogatio de vna earũ, ſicut diceret an hoc & hoc ſit cæcũ, poſtq̃ cæcitas fuit priuatio viſus, vidẽs aũt non differt a vidẽte, ex parte qua eſt vidẽs, & in tali loco ſit ex vna eadẽ enuntiatione reſpõſum enuntiationũ pluriũ: qñ aũt vnũ eorũ fuerit cęcũ, & alterũ vidẽs, impoſſibile eſt, ꝙ reſponſum ſit vnum.

B *Omnes ſophiſticas redargutiones in ignorantiam redargutionis reuocatum iri.* *Cap.* 5.

AVt igit ſic diuidẽdũ apparentes ſyllõs, & redargutiones: aut oẽs reducẽdũ ad redargutionis ignorãtiã, ñs, qui hanc principiũ faciunt: fieri enim põt, vt omnes reſoluamus dictos modos ad redargutionis definitionẽ. Primũ quidẽ ſi incollectiles fuerint, oportet enim ex ñs, quæ poſita ſunt, accidere concluſionẽ, &, vt ita dicam, ex neceſſitate, atꝙ nõ apparere. De
C inde & ſm partes definitionis: nã earũ, quæ ſunt in dictione, hę quidẽ ſunt pp duplex, vt æquiuocatio, & oratio, & ſimilis figura: cõſuetũ. n. id oĩa, vt & illud quippiã ſignificare. Cõpoſitio aũt, & diuiſio, & accentus, eo ꝙ nõ eadẽ eſt oratio. aut nomẽ qđ differens: oportebat aũt & id eſſe, quemadmodũ & rẽ eandẽ, ſi debebat redargutio, vel ſyllus eſſe: vt ſi tunica, nõ veſtis ſyllogizetur, ſed tunica: nam verum eſt & illud, ſed nõ ſyllogizatum B
eſt: ſed adhuc interrogatione indiget, ꝙ idem ſignificat ad eum qui quærit propter quid. Quæ vero ſm accidens, definito ſyllogiſmo manifeſta fiunt: nã eandẽ definitionem oportet ſyllogiſmi & redargutionis fieri, attamẽ et & adiungere cõtradictionẽ: nã redargutio ſyllus eſt contradictionis: ſi igit nõ eſt ſyllus accidẽtis, nõ fit redargutio: nõ enim ſi cũ hæc ſint, neceſſe eſt illud eſſe, id aũt eſt album eſſe propter
E ſyllogiſmũ: neꝙ ſi triãgulus duobus rectis tres angulos habet æquales & accidit ei figurã eſſe, vel primũ, vel principium, ꝙ figura, vel primũ, vel principiũ tale eſt: nã nõ quatenus figura, vel primũ, vel principium, ſed quatenus triangulus demõſtratio ſimiliter & in alĩs. Quare, ſi redargutio ſyllus quidã, nõ erit quæ ſm accidẽs redargutio. Verũ propter hoc & artifices et omnino ſciẽtes ab inſciẽs redarguũtur: nã ſm accidens ſyllogiſmos
F faciunt cõtra ſapientes: qui vero nõ poſſunt diuidere, aut interrogati concedunt, aut cum non dant, arbitrantur dediſſe. Quæ vero propter id ꝙ aliquo modo, & ſimpliciter, quoniam non de eodem affirmatio & negatio eſt: nã aliquo modo albi, aliquo modo nõ albũ: & ſimpliciter albi, ſimpliciter non albũ, negatio eſt: ſi igitur cũ datur aliquo modo eſſe albũ, quis vt ſimpliciter dictũ accipit, non facit redargu-

G tionem: apparet autem propter ignorantiam ipsius, quid est redargutio. Manifestissimæ autē oīum quæ prius dictæ sunt propter redargutionis definitionē, quare & sic nuncupatæ sunt: nā propter rationis omissionē phā tasia fit, & diuisis hoc pacto, cōmune in oībus his ponendū est orationis omissio. Quæ vero ꝓpter id quod sumitur, quod erat in principio, & non causa vt causa ponitur, manifestæ sunt per definitionem: nam oportet con-
H clusionē accidere, eo quod hæc sunt, quòd nō erat in non causis: & rursum non connumerato eo quod erat in principio, quod nō habent eæ quæ sunt propter petitionē eius quod in principio. Quæ vero propter consequens particula sunt accidentis: nam consequens accidit: differt autē ab accidenti; quoniam accidens quidem est in vno solo sumere, vt idem esse flauum, & mel, & album, & cygnum: quod autem propter consequens, semper in
I pluribus: nam quæ vni & eidē sunt eadem, & sibi inuicem postulātur esse eadem: propter qđ fit ea quæ propter cōsequens redargutio: est autem nō omnino verum, vt si sit album ſm accidens: nam & nix & cygnus albo idē: aut rursum in Melissi oratione idem esse accipit factū esse, & principiū habere, aut ęqualia fieri, & eandem magnitudinem accipere. Quoniam enim principium habet quod factum est, & quod habet principiū, fa- K
ctum esse postulat, tanquā ambo eadē sint, eo ꝙ principū habent factū esse & finitū. Similiter aūt & in ījs, quæ æqualia facta sunt, si eandem magnitudinem, & vnā sumentia æqualia fiunt: & quæ æqualia facta sunt, eandem & vnā magnitudinem sumunt: quare consequens sumit. ꝙ igit propter accidens redargutio, in ignorātia redargutionis est: manifestū, & ꝙ ea, quę est, est ꝓp cōsequens: inspiciēdū aūt est id & alias. Quæ vero pro- L
pter id, quod est plures interrogationē vt vnā facere. in eo sunt ꝙ nō enucleamus, siue nō diuidimus propositionis orationē: nam propositio vnū de vno est: nā idē terminus vniꝰ solius rei, & simplr rei: vt hoīs: simiſr aūt & in alīs. Si igit vna propositio est, quæ vnīi de vno postulat, & simplr erit propositio talis, interrogatio. Atqui quoniam syls ex propositionibus est, redargutio aūt syllogismus, & redargutio erit ex ꝓpositionibus: si igit pro- M
positio vnīi de vno, manifestū quoniā & hæc in redargutionis ignorātia: nā apparet esse propositio, quę nō est propositio. si ita que dedit respōsionē vt ad vnā interrogationem, erit redargutio, si autem non dederit, sed apparet, apparēs redargutio. Quare, omnes loci cadūt in redargutionis ignorantiā: qui quidem dicti; sunt propter dictionem, quia est apparens contradictio,

quod

A quod erat proprium redargutionis, alĩ autem propter ſyllogiſmi terminum.

Sermo de reductione omnium ſpecierum fallaciarum ad fallaciam elenchi.

Cap. . . . 5.

ISta aũt loca, quæ nartauimus, licet numerus ſuorum modorũ ſit iſte, cuius meminimus, omnia tamẽ reducuntur ad paucam notitiam elenchi, hoc eſt, latentiam alicuius rei conditionũ elenchi, & hoc, quia ex quo elenchus verus eſt ſyllogiſmus inferens contradictorium con-
B cluſionis, quod notũ eſt in ea, manifeſtũ eſt, ꝙ omniũ iſtorũ locorum fallacia apparet ex parte ſyllogiſmi ſimplr, & ex partibus eius definitionis, & definitione cõtradictorij. ex definitione quidem ſyllogiſmi, quia iam dictum eſt de eo, ꝙ ſit ſermo, in quo, quãdo poſitæ fuerĩt res plures q̃; vna, ſequit̃ ex illis aliquid aliud, quãdo aũt hoc ita nõ fuerit, manifeſtum eſt, ꝙ, quando cõſequentia eſt, nõ eſt neceſſaria, ſed eſt ex eis de quibus putatur ꝙ ſint neceſſariæ, abſq; ꝙ ita ſit ipſe itaq; non eſt verus elenchus. Ex partibus aũt eius definitio-
C nis eſt, quia iam res, quæ ponuntur in eo, ſunt duæ præmiſſæ & tres termini, quæ conueniunt in vno termino, qui vocatur medius, ſicque quãdo terminus medius non fuerit vn⁹ in eis, aut altera extremitatũ nõ fuerit in concluſione, eſt manifeſtũ ꝙ non eſt ſyllogiſmus vere: ſic etiam, quando altera extremitatum fuerit accepta ſm aliquam conditionem, quæ non fuerit accepta in concluſione: quãdo autem hoc ita fuerit, omnes fallaciæ, quæ fuerint propter æquiuocationem nominis dictionum ſimplicium, & æquiuocationẽ D
cõpoſitionis, & figurã dictionũ, reducunt̃ ad eſſe terminũ mediũ non vnum, in ſyl'm aũt ad eſſe vnam extremitatum in præmiſſis aliam ab ea, quæ eſt in concluſione. Ille autẽ, qui fit ex diuiſione & cõpoſitione, reducit̃ in acceptionem præmiſſarũ ſm modũ alium a modo, quo accipiuntur in concluſione, & nõ fiunt vnũ numero, neq; in ſyllogiſmo, neque in concluſione. Fallacia autem, quæ fit ex eo, quod eſt per accidens, reducitur ad latentiam alicuius cõditionum ſyllogiſmi demonſtratiui: & hoc, quia eius conditionis eſt, E
ꝙ eius præmiſſæ ſint neceſſariæ & vniuerſales. Id aũt, quod eſt per accidens, non eſt neceſſarium, neque vniuerſale. ſed particulare, quia quãdo inuenit̃ aliqua res alba per accidens, non ſequit̃, ꝙ quicquid ſit huius rei, ſit albũ, neq; ſm modũ, quo fuit, neq; quãdo fuit, & vniuerſaliter quãdo connecteret̃ aliqua res cũ aliqua re, nõ ſequitur ꝙ iſta res ſit cõnexa illi rei. exempli gratia, quia ex quo connectit̃ ipſi eſſe trianguli, ꝙ ſit figura, & ꝙ ſit habens lineas, & ꝙ ſit habens angulos æquales duobus rectis, nõ ſequitur, ꝙ quando inue- F
nitur figura, ꝙ ſit habens lineas rectas, & ꝙ ei⁹ anguli ſint æquales duobus rectis: ſic quãdo obſeruaueris ꝙ præmiſſæ ſint per ſe, & qđ ſint præmiſſæ quę ſunt in ſyllogiſmo ſimpliciter ſolũ ſecundum rem, quæ veniunt in termino medio ſecũdũ rẽ, nõ ſecundum dictionem, eſt manifeſtum, quòd non accidit obſeruatori neq; cognoſcẽti in illo iſtud hic modus fallaciæ, hoc eſt, ꝙ ſit pp dictionem, aut propter id, quod eſt ſecundũ accidens: & ideo iam poſſi-

G bile fuit, ꝙ ſciens aliquã rem fallat eum, qui neſcit ſyllogiſmũ: ſicut ſciens elẽchũ diſtinguens iſta loca, quę narrauimus, dignior eſt, ꝙ non erret quàm ſciens ea non diſtinguens ipſa, neque ſentiens eorũ diſtinctionem in iſtas partes. Fallacia aũt, quæ accidit propter acceptionem rei cõnexæ vt abſolute, ideſt ſm quid vt ſimpliciter, reducitur ad paucã notitiam conditionum contradictorij, quia quod eſt album ſm partem, nõ eſt eius contradictoriũ quod nõ eſt albũ ſimpliciter, ſed putatur tale ꝙ ſit cõtradictoriũ propter paucã no-
H titiam elenchi, & propter affinitatẽ differẽtiæ, quæ eſt inter ea: plurimũ autem, quod aduenit ex latentia cõditionũ cõtradictorij, eſt ꝙ appropriatur nomine elenchi, & eſt ꝙ accipiatur deſtruens oppoſitum concluſionis, id aũt, quod nõ eſt oppoſitũ, & locus abſoluti & connexi ſeu ſimpliciter, & ſm quid ex iſta parte eſt pars iſtius loci, ſed ex parte qua accidit ex eo ꝙ præmiſſa ſit accepta ſm aliquem modũ, qui nõ eſt modus, quo accipitur in concluſione, eſt locus ſeparatus per ſe. Et fallacia, quæ ingreditur hanc partẽ, quæ reducit
I in latentiam elenchi, eſt, ꝙ termini accepti in præmiſſis ſint ipſimet, qui accepti ſunt in concluſione. Fallacia autem, quæ eſt propter petitionem principij, & propter acceptionẽ non cauſæ concluſionis vt cauſæ, manifeſtum eſt, ꝙ accidit ex latentia eius, quod eſt acceptum in definitione ſyllogiſmi. Petitio quidẽ principij accidit, quando latuerit, ꝙ conſequens ſit alia res à concluſione, & hoc, quia conſequens in petitione eſt ipſamet præmiſſa: & ſic etiam acceptio vt cauſæ eius, quod non eſt cauſa, ſit illi, quem latuerit, ꝙ cõſequens ex ſyl- K
logiſmo ſit neceſſario. Locus vero conſequentis reducit ad eũ qui eſt ſm accidens, & aliquo modo ingreditur ſub eo, ſed differentia inter ea eſt, quia hic eſt putare de vno ꝙ ſint plura. Eſẽpli gratia, quia ex quo accidit citrinitati demõſtratæ ꝙ ſit mel, putatur ꝙ omne citrinum ſit mel, hic aũt eſt putare de pluribus, ꝙ ſint vnũ, & hoc, quia ex quo accidit ſcribenti, ꝙ ſit albus, putauerunt ꝙ ſcribens ſit albus, & ex hoc loco, hoc eſt, loco conſequentis, putauit Meliſſus, ꝙ omne habẽs principium habeat generationem, quia ipſe puta- L
uit, ꝙ id, quod accidit illi, quod eſt generabile, accidit omni habenti principiũ, hoc eſt, ꝙ ſit generabile. Cauſa aũt fallaciæ, quæ accidit propter acceptionẽ pluriũ interrogationũ, vt vnã interrogationem, eſt latẽtia illius, quod dictum eſt in definitione cõtradictionis: ex quo cõuenit ꝙ prædicatũ in illis præmiſſis ſit vnũ, & ſubiectum vnũ, & ꝙ vni affirmationi nõ ſit niſi vna negatio, nec vni negationi niſi vna affirmatio, quia quando fuerit vnũ, contrà dictio ſit vera, quãdo aũt putatur de
eo ꝙ ſit vnũ, & nõ eſt vnũ, eius elen M
chus eſt falſigraphus. Omnes itaque iſti modi reducũtur ad paucitatem notitiæ elenchi: hic aũt eſt ſyllogiſmus verus ſm figurã cõcludens cõtradictoriũ rei, cuius deſtructio intenditur: ſicq;, quãdo latebit aliqua res ex conditionibus ſyllogiſmi veri ſm figuram, aut ex conditionibus contradictorij, accidunt iſta loca fallẽtia. Sicq; iam declaratũ eſt ex hoc, ꝙ iſta. 13. loca dictionalia & ſeptem deſcripta reducuntur ad latẽtiã definitionis elenchi veri, aut partiũ eius

definitio-

A definitionis, hoc eſt ad latẽtiã definitionis ſyllogiſmi, aut latẽtiã definitionis cõtradictorij,& ꝙ quędam eorum ſunt, quæ reducunt ad latentiã definitionis cõtradictorij, & quędã reducũtur ad latẽtiam definitionis ſyllogiſmi, & quędã eorũ reducunt ad ambas res ſimul. Loca autẽ fallentia ex dictionibus cõueniunt, quia ipſa faciunt putare illũ, qui nõ eſt ſyllogiſmus,ꝙ ſit ſyllogiſmus.

Cauſæ deceptionum, captionum ſophiſticarum. Cap. 6.

B DEceptio autem fit in ñs quidem, quæ propter æquiuocationẽ, & orationem, eo ꝙ nõ põt quis diuidere id, ꝙ multipliciter dicitur: nã quædam non eſt promptum diuidere,vt vnũ,& ens,et idem. In ñs aũt,quæ ſunt propter compoſitionẽ,& diuiſionẽ, eo quod nihil putatur differre cõpoſita & diuiſa oratio, ceu euenit in plurimis. Similiter aũt & in ñs quæ ſunt propter accentũ: non enim aliud videtur ſignificare intenſa,& remiſſa oratio in aliquo,aut nõ in pluribus. Earum C vero,quæ ſunt propter figuram ob ſimilitudinẽ dictionis:difficile eſt enim diuidere,quæ ſimiliter,& quæ aliter dicuntur: nam ferme qui hoc põt facere in procinctu eſt,vt videat verũ:maxime aũt ſciet innuere, ꝙ omne, ꝙ de aliquo prædicat, arbitramur idipſum aliquid eſſe, & vt vnũ intelligimus: nã vnum, & ſubſtantiam maxime videtur ſequi id, quod eſt aliquid, & ens. Quare in ñs, quæ ſunt propter dictionẽ,hic locus ponẽdus: pri D mũ quidem magis deceptio aggignitur in ñs,qui cum alĩs conſiderãt,quàm qui per ſeipſos:nã ea,quæ cum alio eſt,cõſideratio per orationẽ eſt,quæ aũt per ſeipſos,non minus per ipſam rem. Deinde & per ſeipſos decipi accidit,quãdo in oratione facit cõſiderationẽ: præterea deceptio quidem ex ſimilitudine, ſimilitudo autẽ ex dictione. In ñs aũt, quæ ſunt propter accidens, eo ꝙ non poteſt dĩudicare idem et diuerſum,& vnum & multa:ne E que quibus prędicatorũ omnia hæc & rei accidunt. Similiter autem & in ñs quæ propter conſequens ſunt: pars enim quædam accidentis,eſt conſequens. Amplius & in multis apparet,& poſtulatur hoc pacto, ſi hoc ab illo non ſeparatur,nec ab altero ſeparatur alterũ. In ñs verò quę ſunt propter omiſſionem orationis, & in ñs quæ ſunt propter id ꝙ aliquo modo & ſimpliciter, eo ꝙ propter parum deceptio eſt. F nã quaſi nihil cõſignificet quid aut aliquo modo, aut ſimpliciter,aut alicubi,aut nunc,vniuerſaliter concedimus. Similiter autem & in ñs,quę quod in principio eſt ſumunt, & in nõ cauſis, & quæcunq; plures interrogationes vt vnam faciunt:in omnibus enim his eſt deceptio, ob id quod propter parum: nã nõ exacte diſcernimus,neque propoſitionis,neq; ſyllogiſmi terminũ, propter prædictam cauſam.

G *Sermo de rebus, quibus elenchi sunt decepti-ui, et de elenchorum speciebus secundum illas. Cap. 6.*

CAusa aũt fallaciæ, quæ fit propter æquiuocationẽ dictionũ, est difficultas separationis rerum multarũ, de quibus dicit dictio vna, & signanter per dictiones disperatas quod multiplicat esse rerũ, in quas cadũt, & difficilis fit earum cognitio & separatio, sicut est separatio rerũ in quas cadit nomen vnius & entis. Causa aũt fallaciæ, quæ accidit propter diuisionẽ dictionis, & eius compositionẽ, est pauca perceptio diuer-
H sitatis, quæ accidit significato dictionis, quãdo aliquãdo diuiditur, & deinde cõponitur nonnunq;, & sic etiã ipsi dictioni, quæ aduenit propter æquiuocationẽ figurę, & diuersitatem dispositionis suarũ literarũ, & punctorũ fm suas significationes. Ille aũt, apud quẽ est potestas cognoscendi fallacias, quæ fiunt propter dictionẽ, proximus est, ꝙ non erret in rebus nisi pauco errore, & hoc, quando festinat, & distinguit rem, de qua verificatur attributum, aut falsificat, quia putaret omnes illas res, quas significaret ista dictio, ac si
I essent sensatæ apud eũ, & demõstratæ, & festinaret, & determinaret fm dispositionẽ, qua cõueniret eis hoc attributũ, determinatione cõuenienti. exempli gratia, quando audiuerit quis, ꝙ res sit ens vnum, determinauit ꝙ ista res sit singulæ substantiæ demõstratũ, quia res & ens dicuntur de substantia demonstrata vna fm numerum, & ideo quod apparet nobis primo ꝙ fallacia accidat nobis est propter dictiones, licet appareat etiã casus erroris propter res fallentes, quæ numeratæ sunt: & hoc, quia causa erroris, qui fit propter cõtro- K
uersiã aduersarij, & auditũ eius, est fallacia illorũ locorum dictionaliũ. Causa aũt erroris, qui fit circa id, qđ cõsiderat hõ in se, sunt illa descripta, licet accidat iam apud cõsiderationẽ fallacia propter dictiones: & hoc, quãdo aliquis homo valde meditatur, ꝙ disputat secũ ipse, sicut faceret cũ illo cũ quo litigat, & imaginatur dictiones cũ rebus, & vniuersaliter causa fallaciæ in istis locis sunt præmissæ cũ pauca perceptione differẽtiæ, quæ sit inter quid sit diuisum, & quid sit idẽ. Sicque causa fallacię dic-
tionũ est difficultas distinctionis in- L
ter eas & inter res, & acceptio eius ꝙ est diuisum, ac si esset idem. Et hæc eadẽ est causa fallaciæ eius, ꝙ est fm accidẽs, & ꝙ ille homo nõ distinguerit id, quod cõsequitur vllum prædicatorum essentialium à rebus, quæ sunt per accidens. Et hac eadem causa accidit fallacia loci consequentis, quia hic locus, sicut diximus, ingredit illã, quæ est accidentis, & est pars illius. Causa auté fallaciæ, quæ accidit propter absolutum & connexũ, seu simpliciter & fm quid, est, ꝙ putetur ꝙ diuersum sit idem: hoc aũt
accidit propter paucitatẽ dr̃iæ, quæ M
fuerit inter ea. Sic etiã fallacia eius, cuius causa est petitio principii, & ea, cuius causa est acceptio eius quod nõ est causa vt causa. Causa aũt eius, quæ est acceptio plurium interrogationũ, ac si esset vna, est paucitas perceptionis differẽtiæ, quę est inter ea fm se. Acceptio aũt eius, qđ non est causa, est ꝓpter paucitatem dr̃iæ inter illud & inter id, ꝙ est causa vere. Causa aũt petitionis prĩcipij est paucitas dr̃iæ, quæ est ibi inter formam syllogismi, quo positũ est ipsũ quæ-

situm,

A ſimum, & inter verum ſyll'm, ex quo eius forma, eſt forma ſyll'i. Quando aũt hoc ita fuerit, cauſa fallaciæ iſtorum locorum reducitur vlr in duas res, quarũ vna eſt, ꝙ putetur de eo, qui non eſt ſyll's, ꝙ ſit ſyll's propter paucam dr̃iam, quæ eſt inter eos, & ꝙ putetur de eo, quod non eſt contradictorũ, ꝙ ſit contradictorium pp paucitatẽ dr̃iæ, quæ eſt inter ea: hoc autem accidit, qñ non perficiuntur definitiones cuiuſq; eorum perfecti, neq; ſubtiliter diſcernunt, hoc
B eſt ſyll's elenchus, quia, ſi declararet nobis ex quot cauſis ſint ſyll'i ſophiſtici fallentes, hoc eſt, elenchi ſophiſtici, neq; de omni elencho, qui putatur ꝙ ſit elenchus, eſſet contradictio, neq; elenchus. Elenchi autem vl'es non proportionati, ſunt qui nõ proportionantur alicui arti artium demonſtratiuarũ, & ſunt elenchi, de quibus putaret ꝙ ſint elenchi, ille q̃ non fuerit exercitatus in illis artib⁹, ſicut elenchus artium demonſtratiuarum ſit elenchus verus non proportionatus, qñ nõ proportionato vtitur ars Topicæ: fallentur autẽ in hoc demonſtratiue qui neſciunt, ꝙ hoc genus ſit propriũ artis Topicæ,
N hoc eſt, eo vti nõ proportionato: & hoc, quia hæc ars vtitur falſo, lqñ fuerit famoſum, & eo magis ex non proportionato. Sic etiam vtit elenchis falſis vniuerſalibus, ſicut artes demõſtratiuæ vtuntur elenchis proprijs. Dr̃ia etiam inter hanc artẽ vti elenchis vniuerſalibus, & inter artẽ elenchi topicã vti eis eſt, quia ars tentatiua vtitur hoc ad augendam intellectionẽ & diſciplinam, iſtius autẽ intentio eſt fallere. Sic hæc ars eſt quodammodo pars artis topicæ, & ſicut elenchus, qui fit in redargutionibus demõſtratiuis ex præmiſſis veris nõ D proportionatis, ẽ ſophiſticus, ſic elenchi, qui fiunt in arte topicæ ex p̃miſſis, de quibus putatur, ꝙ ſint famoſę, & non ſunt famoſæ, ſunt ſophiſtici, licet ſint veri. Elẽchi ergo ſophiſtici ſunt duo, quorũ vnus eſt, qui putat ꝙ ſit verus, & eſt falſus, ſecundus eſt, qui putatur, ꝙ ſit illius artis, & non eſt ita, ſiue fuerit falſus, ſiue fuerit verus. Poſtq̃ autem fuerit hoc declaratum, redeamus & dicam⁹, ꝙ omnes ſyll'i ſophiſtici inferuntur ex iſtis locis, ſi hæc loca fuerint oẽs res fallentes, aut quidã eorum inferuntur ex
E hiſ, ſi iſta, quorum memini, nõ fuerint oẽs res fallentes. Iam aũt appareret ꝙ iſtæ ſint oẽs res fallentes, ex eo quod iam declaratum eſt, ꝙ omnes elenchi & contradictiones fallentes ſint elenchorũ & contradictionũ, de quibus putatur, ꝙ ſint veri elenchi, & non ſunt veri, quia deficit eis aliqua parua res ex definitionibus elenchorum verorũ. Quando aũt res ita fuerit, ſequitur ꝙ numerus ſpecierũ elenchorũ non verorum ſit numerus ſpecierum defectus ingredientis elẽchos veros, & ſequit, ꝙ numerus defectus ingtedientis ſm eorum partes, hoc eſt ſm partes elenchorum ve
F rorum, ſit ſm numerũ partiũ illoꝝ. Ex quo iam declaratum eſt, ꝙ elenchus verus eſt ſyll's concludens contradictoriũ rei, quæ nota fuerit ſm eſſe, & declaratũ eſt, ꝙ iſte elenchus eſt vetus, qñ fuerunt in eo tres conditiones, quarũ vna eſt, ꝙ ſit verus ſm figuram, & ſecunda ꝙ ſit verus ſm præmiſſas, & tertia ꝙ cõtradictoriũ inferentis ſit vere contradictorium rei notæ p ipſum, hoc eſt concluſionis, cuius deſtructio intenditur. Manifeſtũ itaq; eſt, ꝙ ſequit ꝙ loca fallentia

G lentia elenchi ex reb⁹, quæ ſunt ꝑter loca dictionū, reducunt̃ in hęc tria, & hoc, qñ videres demſonem notā, in qua nō ſit latentia, ſed putat̃ de eo quod nō eſt contradictoriū ꝙ ſit cō tradictorium. Ariſt. aūt meminit ꝙ nō accidant ab illo ex locis fallentibus, niſi duo loca, quoꝝ vnus eſt latentia conditionū, de quib⁹ memini mus in capᵗo contradictorij, & ſecūdus eſt acceptio duarū interrogatio num, vt vnius interrogationis. In illo vero, qui eſt ꝓp extimationē putare de eo, qui non eſt ſyllᵒs, ꝙ ſit ſyllᵒs, iam meminit de eo oī ꝙ non accidunt
H niſi duo loca ſolū, quorum vnus eſt ſyllᵒs, qui vocat̃ petitio principij, ſecū dus aūt eſt acceptio eius, quod non eſt cauſa, ac ſi eſſet cauſa. In apparen tia vero, quæ fit ꝓp acceptionē par tium, ſyllⁱ, quæ ſunt ꝑmiſſæ, hoc eſt, ꝙ putet̃ de eo quod non eſt verū ꝙ ſit verū, ipſe meminit, ꝙ ſint tria lo ca, quorū vnus eſt locus eius, quod eſt ſm accidens: ſecundus aūt eſt locus abſolutionis, & cōnexionis, ſeu ſimpl̃r & ſm quid: tertius aūt eſt locus conſequentis, & illa eſt euerſio. Sicq; non inueniuntur deceptiui ex iſtis tribus partibus ſermonis elen-
I chi. quæ prę̃miſſæ ſunt, niſi iſti. Hæc itaq; loca ſunt ſeptē neceſſario, ſicut meminit Ariſt. & impoſſ̃ eſt, ꝙ addatur eis, neq; ſubtrahat̃ ab eis. Dicimus aūt eſſe iſtas res deceptiuas contentas in iſtis partibus, ex quibus inferꝛ, ꝙ elenchus eſt res manifeſta.

Ex quibus locis captiones falſi. Cap. 7.

Vnde fiāt ſyllogiſmi ſophiſtici.

QVoniam autē habemus propter quæcunq; fiunt apparentes ſyllogiſmi, habem⁹ & propter quæcūq; fiunt ſophiſtici ſyllⁱ, & redargu tiones. dico aūt ſophiſticam re- K
dargutionem, & ſyllⁱm, non ſolū apparentem ſyllⁱm, aut redargutionem nō exiſtentem quidem, ſed & exiſtentem quidem, at ap parenter accommodatā rei. Sūt autem illæ, quæ non ſm rem redarguunt, & quę monſtrāt ignorantes, quod quidē erat propriū tentatiuę. Eſt aūt tentatiua, pars dialecticæ: illa aūt poteſt ſyllogizare falſum propter ignorantiā eius, qui dat orationem. Sophiſticæ aūt redargutiones, tametſi colligant contradictionē, non fa L
ciunt manifeſtū, ſi ignorat: nam & ſcientē impediunt hiſce orationibus. Quòd aūt illas habeamus hac via, manifeſtū eſt: nam propter quæcūq; apparet audiē tib⁹ vt interrogata ſyllogizare, propter hęc & reſpōdenti vtiq; videatur: quare erunt ſyllⁱ falſi per hæc aut omnia, aut aliquat nā quod non interrogatus arbitratur dediſſe, & interrogatus quoq; ponet. Verū in quibuſdā ſimul accidit & interrogare qđ deeſt, & apparere falſum: vt in M
ñs, quæ ſunt ſm dictionem, & ſo lœciſmum. Si ergo ſyllⁱ contradictionis propter apparentē redargutionē ſunt, manifeſtum eſt ꝙ propter tot erunt & falſorum ſyllⁱ, propter quot & apparens redargutio: apparēs aūt propter particulas veri: nā cū quodcūq; defuerit, apparebit redargutio, vt quod propter non accidens ſt propter orationē, quæ ad impoſſibile: & q̃ duas interrogationes

vt

A vt unam facit propter, ppõnem: & pro eo quod per ſe, quod propter accidẽs, & huius particula, quod propter conſequens. Amplius, nõ in re, ſed in oratione accidere: deinde pro vñi contradictione, & ſm idem, & ad idẽ, & ſiñr, propter id, quod in aliquo, vel propter vnum quodq; horũ peccat. Amplius, propter id, qđ eſt non cõnumerato eo quod in principio, quod in principio ſumere. Quare habemus ſm quot ſñt captioſæ ratiocinationes: nã
B ſm plura non erunt, ſm autẽ ea, quæ dicta ſunt, erunt oẽs. Eſt autẽ ſophiſtica redargutio nõ ſimpliciter redargutio, ſed ad aliquem, & ſyllñs ſimiliter. Nam, ſi nõ ſumat id quidẽ quod eſt propter æquiuocum vnũ ſignificare, et quod propter ſimilitudinis figurã ſolum hoc quidem, & in alĩs ſiñr, neq; ſyllogiſmi, neq; redargutiones erunt, neq; ſimpliciter, neq; ad eum, qui interrogatur: ſi autem ſumãt, ad eum, qui interrogatur erũt, ſimpliciter autem
C non erunt: non enim vnũ ſignificatum ſumpſerunt, ſed apparẽs, & apud illum quidem.

Sermo de ſufficientia locorum elenchorum. Cap. 7.

QVòd vero non ſint ex iſtis partibus niſi illæ, quarũ meminit Ariſt. eſt res indigens conſideratione, & putat̃ q; relinquere ſermonem de illa, & ei' dimiſſio ſit dimiſſio ad perficiendum illã non ex nobis ipſis: hoc eſt, qui venturi eramus poſt ipſum, qa hic eſt locus perſcrutationis & ſpeculationis. Nos autem D
tem inuenimus Abumazar Alphatabium in ſuo libro, q; iã addiderit iſtis locis octauum locũ, qui eſt locus permutationis & translationis, hoc eſt, q; loco rei accipiatur eius ſimile, aut cõſequens ipſum, aut ei annexum. Dicamus autẽ, an poſſibile ſit, q; latuerit Ariſt. hic locus, aut nõ latuerit. Si latuerit eum, nunquid latuerint eũ cũ hoc alia loca, vel qualiter ſit huius diſpõ, via autem, vt cõſtet hoc, eſt hoc modo, quo Ariſto. incępit declarare numerũ locorum deceptiuoꝝ. Et dicimus nos, q; negatiua, quæ putant̃ de eo quod non eſt E
contradictoriũ, q; ſit cõtradictoriũ, ſunt plura q̃ iſta, quæ narrauit hic Ariſt. Hoc itaq; declaratũ eſt in lib. Peri hermenias, ſicut q; accipiat̃ contrarium loco contradictorij in materia poſſibili, aut accipiant̃ contraria loco affirmatiuę & negatiuæ, aut alia ab his, quæ dicunt̃ in hoc libro. Sic etiã declaratũ eſt in libro Priorꝝ, q; ſyllñs ſit corruptæ formæ pluribus ex cauſis præter duas cauſas, quarum meminit hic, ſicut q; ſint ex duabus affirmatiuis, aut ex duabus particularibus, & aliæ ſpẽs ſyllogiſmorum nõ concludentium. Et ſic oſtenditur, q; F
accidit nobis, q; verificemus præmiſſas falſas pp alias res, ſicut ſunt teſtimonia & res, q̃ ſunt ab extra. Ac etiã accidit nobis iſtud pp inductionẽ, & exemplũ, ſed hęc numerata ſunt in alijs artibus, & non numerant̃ in arte Sophiſtica, hoc eſt, quia ille largitus eſt inductionẽ propriã topicę, quæ facit acquirere veritatẽ topicã, & exemplum proprium rethoricæ, quod facit acquirere verificationem oratoriã. Et ſic verificatio, quę fit ex teſtimonijs, & rebus, q̃ ſunt ab extra,

largit̃

G largitur propria arti Topicæ, & arti Rethoricæ ſm conditiones, quæ ibi dicuntur: totum aũt hoc eſt ex illis, quę requirit ſpeculatio. Dicimus autem, ꝙ apparet ex Ariſt. in toto hoc, ex quo ipſe eſt, qui facit nos acquirere oĩa iſta loca, ꝙ ipſe non ſit ſibi viſus, ꝙ loca deceptiua attributa huic arti, ſint omnia loca, ex quibus accidit nobis deceptio, qualitercunq; cõtigerit, niſi duabus conditionibus: quarũ vna eſt, ꝙ eorum deceptio ſit eſſentialis, hoc eſt, ꝙ deceptio de eis accidit valde nobis naturaliter, ſicut ſuppoſitiones, quæ ſm ſuam naturã H ſequuntur ex deceptione ſenſuum, qm̃ acquiruntur hæc loca ex inductione cadente in ſpeculatione ſpeculantis res exiſtentes, ſicut eſt diſpõ reliquorum ordinũ iſtarum artiũ: ſecunda aũt cõditio eſt, ꝙ locus faciat acquirere falſum ſemp aut vtplurimum: qñ autem hoc ita fuerit, non numerat' in reb⁹, quæ putant' de eo, quod non eſt contradictoriũ, ꝙ ſit contradictoriũ, niſi illa duo loca ſolum, quia ipſa ſunt cauſa deceptiõis cadentis naturaliter ſm totũ, aut ſm plurimum in hac parte elenchi: reliqua vero loca decipiũt vt in pauci- I ribus. Id aũt, cuius actio fuerit vt in paucioribus, nõ oportet ꝙ numeret' pars artis, qñ hæc ars fuit ars efficiẽs deceptionẽ, & hoc, quia ſicut ars intendens actionẽ venenorum nõ ponit aliquã rem ſuæ artis, quæ ſit venenũ vt in paucioribus, ſed quod fuerit venenũ vtplurimum, aut neceſſario, ſic eſt res in rebus, quæ ponũtur in hac arte gradu elementorũ. Loca itaq;, quæ conuenit numerare partẽ huius artis, ſunt, quæ valde parũ percipimus, ea tñ faciunt acquirere falſum aut ſemper, aut vtplurimũ: & propter hanc rem dixerunt Antiqui K demonſtratores, ꝙ præmiſſæ falſæ, quæ ſunt ſemp, aut vtplurimũ, ſunt propriæ huic arti, ſicut veræ vt plurimum ſunt propriæ Topicæ, & veræ ſemper ſunt propriæ demonſtrationi, verę aũt & falſæ æqualiter ſunt propriæ Rethoricę. Quando autem hoc ita fuerit, iam inquirunt' loca deceptiua, quæ continet hæc ars, hoc ẽ, ars Sophiſtica, & non inueniunt' talis diſpoſitionis niſi hæc ſeptẽ ſolũ, & hoc, quia reliquarũ rerum, ex quibus apparet corruptio formæ ſyllogiſmi vltra duas cauſas, quarum memini- L mus in hoc libro, putatur ꝙ nõ ſit noſtra modica ſenſatio de illis vt plurimum, qñ nos non inuenimus aliquos ſpeculatores, qui errarẽt propter vſum duarũ negatiuarum in figuris cathegoricis, neq; ꝑ duas particulares, niſi parũ, & ſic putat' ꝙ ſint reliqua loca deceptiua cõtradictorij præter ea, quorum meminimus hic ſolum. Res vero, quæ decipiunt ꝓp premiſſas, veriſimile eſt, ꝙ ſint verę, quia quæ numeratæ ſunt, ipſę etiam ſunt, quarũ noſtra perceptio vtplurimum fuit pauca, & earũ actio ſm falſitatem fuit ſemper & vtplurimum. Id vero, quod efficit deceptionẽ vt M in paucioribus eſt propriũ artis Rethoricæ, & talis eſt diſpõ exempli: & ideo non conuenit ꝙ numeret' eius deceptio pars iſtius artis, ſicut nõ numerat' deceptio inductionis. Sed iã dubitat' in hoc ſermone, & diceret', ex quo iam nos inuenimus Ariſt. ꝙ vſus fuerit locis conſequentis in hoc libro, & vſus fuerit ſyllogiſmi in Rethorica, quo nã modo eſt diſpoſitio huiuſmodi? Dicim⁹, ꝙ ipſe vſus fuerit locis cõſequẽtis hic ex parte qua ipſum eſt deceptiuũ in ipſis ꝑmiſſis,

& pau-

A & paucitas perceptionis earũ eſt vt plurimum, & eius actio deceptionis etiam eſt vtplurimum. Sed, qñ accipiuntur ex parte qua componit ex eis ſecunda figura ſolũ, eſt narratio Rethoricorũ, quia non vtit ſm illũ ipſis conuertibilibus, quæ ſunt in ſecunda figura, & ideo non numerat hic ex ſpecieb⁹ locorũ quæ decipiũt ſm formam ſyllſi dum vtitur duab⁹ affirmatiuis in ſecũda figura: & hãc ob cauſam Ariſt. non numerat hic locũ permutationis, quia ille eſt locus poeticus, & fallacia proueniẽs ex eo eſt per accidens, nõ per ſe. Intẽta
B vero hic ſunt deceptiua per ſe, locus aũt ꝓmutationis accidit eſſentiæ exẽpli. Poſtq̃ aũt declaratum eſt iſtud, redeamus ad id, in quo fuimus de expoſitione negatiuaꝝ rerũ hui⁹ libri.

De veris, & falſis redargutionibus. Cap. 8.

Veræ redargutiones innuũtur.

PRopter quæcunq; autẽ redarguunt, qui redargutionibus vtunt̃, non oportet tentare ſumere, ſine omniũ quæ ſunt ſciẽtia: id aũt non vnius artis, nã infinitæ fortaſſe ſunt ſcĩæ: quare manifeſtũ, qm̃ & demon-
C ſtrationes, redargutiones quidẽ ſunt, & veræ: nam quæcunq; eſt demonſtrare, eſt & redarguere eum, qui ponet cõtradictionem veri: vt ſi commẽſurabilem diametrũ poſuerit, redarguet quis demr̃one, ꝙ incommẽſurabilis, quare oĩum oportebit eſſe ſciũ: nam aliæ quidẽ ſequuntur propter ea q̃ in geometria ſunt principia, & eorũ concluſiones: aliæ aũt propter ea quæ ſunt in medicina: aliꝙ deniq; propter illa, quꝙ ſunt aliarũ diſciplinarum. Sed et D falſæ redargutiones ſilr infinitæ erunt. Nam ſm vnãquamq; artem eſt falſus ſyllſ: vt ſm geometriam geometricus, & ſm medicinam medicinalis: dico autem ſm artem, ſm illius principia.

Manifeſtum eſt igitur, ꝙ non omnium redargutionum, ſed earum, quæ ſunt ſm dialecticam, ſumendi ſunt loci. Nam ĩj communes ſunt ad omnem artem et potentiam, & eam quidem, quꝙ eſt ſm vnamquanq; diſciplinã redargutionem: ſcientis eſt con- E ſiderare ſiue cùm non eſt, apparet: ſiue cùm eſt, & quare eſt, eã autem, quæ ex cõibus eſt, & ſub nulla arte cadẽs, dialecticorum. nam, ſi habemus ex quibus probabiles ſyllogiſmi in quolibet, habebimus ex quibus redargutiones: redargutio nanq; eſt ſyllſ cõtradictionis, quare aut vnus, aut duo ſyllogiſmi contradictionis, redargutio eſt. Habem⁹ igitur propter quæcunq; oẽs huiuſ modi ſunt: ſi autẽ hæc habemus, & ſolutiones habemus: nam illa F rum inſtantiæ, ſolutiones ſunt. Habemus aũt propter quæcũq; & apparentes fiunt, apparentes autem non cuilibet, ſed talibus: infinita enim ſunt, ſi quis conſideret illa, ſm quæcunq; apparẽt quibuslibet. Quare manifeſtũ eſt, qm̃ dialectici eſt poſſe ſumere ꝓp quæcũq; fit per cõia, vel quæ eſt redargutio, vel q̃ apparet redargutio, vel dialectica, uel apparẽs dialectica, vel tẽtatiua.

Sermo

G *Sermo de Elenchorum ſolutione, & quomodo Ariſt. ſcripſerit de ea in hoc libro. Cap. 8.*

QVando aũt declaratum fuerit iſtud iam declaratũ erit quot modis fiãt res deceptiuę vniuerſales, & ꝙ ſint ex ipſis, nõ ex alijs, & ꝙ ſit nobis feſtinanter notitia in oĩ elencho, cadente in omnĩ arte artium demonſtratiuarũ: hoc aũt nõ eſt res, quæ ſit in potentia iſtarũ negatiuarũ hic traditarũ, neq; cõuenit iactari de cognitione huius feſtinanter, ſed poſſibile eſt cognoſcere illud in ſingulis artibus illi, qui cõtineret
H notitiã rerum inuentarę in illa arte, & ideo vĩ ꝙ elenchi prouenientes in ſingulis artibus ſint infiniti, ſicut q̃ſita earum ſunt infinita, & ꝙ numerus elenchorũ in eis eſt, ſicut numerus quæſitorũ, & eorum ſolutio eſt illorũ, & hoc, quia ſoluit elenchum, vt qui concludit ꝙ latus quadrati ſit cõicabile diametro, eſt ille, qui declarat demonſtratione, ꝙ ſit incõicabile, quia iſti elẽchi (ſicut dixim⁹) ſunt ex rebus eſſentialibus, res aũt eſſentiales, quæ prouenĩunt in artes vrplurimum huius ſunt propter particulares: ſolutio autem earum eſt eius,
I qui continet notitiam talis quæſiti. Sicq; notitia iſtarum particulariũ, hoc eſt propriarum in ſingulis artibus, nõ eſt vnius artis, immo pluriũ artiũ. Sicq; notitia ſolutionis elẽchorum propria habenti artem Geometriæ eſt Geometræ, & Medicinæ eſt Medici: & hinc eſt ꝙ apparet de iſtis elenchis, ꝙ ſunt infiniti. Elenchorũ aũt vniuerſaliũ notitia eſt artis vniuerſalis, ſed quia iſtius artis gradus non eſt, ꝙ exponat formã artis Sophiſticę, eius notitia & ſolutio eſt artis docentis, & vſus, q̃ eſt ars Topicæ, & ideo vĩ, ꝙd, quod dictum eſt de K
hoc in hoc libro, eſt ex parte qua eſt pars artis Topicæ. Sicq; iã declaratũ eſt, ꝙ non eſt iſtius artis ſolutio deceptiuorũ particularium, neq; vniuerſalium, niſi ex parte qua eſt pars artis Topicæ. Sed Ariſt. inquantum ſpeculatus eſt hanc artẽ ex parte, qua eſt pars artis Topicæ, largitus eſt modos, quibus ſoluuntur iſti deceptui, & poſuit eos partem huius libri.

Orationes ad nomen, & ad intellectum non bene dꝛduci. Cap. 9.

NOn eſt aũt differẽtia orationum quam quidã dicunt eſſe, has quidem ad nomen, illas vero ad intellectũ. Inconueniens enim eſt opinari alias quidẽ eſſe ad nomẽ orationes, diuerſas vero ad intellectũ, & nõ eaſdem. Quid enim eſt nõ ad intellectũ, niſi qñ nõ vtimur nomine (qui putat interrogare) eo, ad quod is, qui interrogatus dedit? idem aũt id eſt & ad nomen. Et ad intellectũ autem, qñ ad quod dedit intelligens. Si autem aliquis (plura ſignificãte nomine) vnum putet ſignificare, & M
interrogans, & interrogatus (vt forte ens & vnum plura ſignificat, ſed & reſpondens & interrogans Zeno, vt ũ putans eſſe interrogauit, & eſt oratio quod vnũ, omnia) hæc ad nomen eſt, aut ad intellectum interrogantis diſputata. Si vero aliquis multa putet ſignificare, manifeſtũ ꝙ oratio illa nõ eſt ad intellectum. Primũ igit̃ circa huiuſmodi orationes, eſt ad nomen, & ad intellectum,

quæcũq;

A quæcunq; plura ſignificant: deinde circa quamlibet eſt, nã non in oratione eſt ad intellectum eſſe, ſed in eo quod reſpondens ſe hẽt aliquo modo ad ea, quæ dantur: deinde ad nomen contingit omnes eas eſſe: nam eſſe ad nomen, hoc in loco, eſt eſſe non ad intellectum: nam, ſi omnes erũt quædã aliæ, quæ neq; ad nomẽ, neq; ad intellectum: illi vero dicunt oẽs, & diuidunt vel ad nomen, vel ad intellectum eſſe oẽs, alias aũt non. Attamen quicũq; B ſunt ſyllogiſmi propter id, quod multipliciter: horũ aliqui ſunt ſm nomen: nam abſurde dicat ſm nomen eſſe oẽs, qui ſunt pp dictionẽ: ſed ſunt quædã captiones, nõ in eo q; reſpõdens ad eas ſe habeat aliquo modo, ſed quia talem interrrgationẽ oratio ipſa habeat, quæ plura ſignificet. Et oĩno inconueniens eſt de redargutione diſſerere, & nõ prius de ſyllo: nã redargutio ſyllogiſmus eſt, quare oportet & de ſyllogiſmo prius, cuius de falſa redargutio- C ne: nam talis redargutio, apparens ſyllis contradictionis. Quare aut ĩ ſyllogiſmo erit cauſa, aut in contradictione (nam adiungere oportet contradictionẽ) quando autem in vtroq; erit apparens redargutio: eſt autẽ de eo, quod eſt ſilentia dicere, in cõtradictione non in ſyllogiſmo. De eo autem, quod eſt, quod non habet aliquis, dare, in vtriſq; de eo vero, quod ẽ, q; Homeri poema eſt fĩgura, per circulum, in ſyllo: quæ autem in neutro eſt, vetus D eſt ſyllogiſmus. Verũ vnde ſermo prouenit reuertamur: vtrũ quę in diſciplinis ſunt orationes ad intellectum ſint, an non? & ſi cui videt plura ſignificare triangulus, & dedit non vt eam figuram de qua cõcludebat, qm̃ duo recti, vtrum ad intellectũ illius diſputauit hic, an non? amplius, ſi plura quidẽ ſignificat nomen, ille autem non intelligit, neq; putat quomodo is non ad intellectum diſputat? aut quomodo oportet interrogare eum, qui nõ E dat diuiſionem? ſiue interroget aliqs ſi eſt ſilentia dicere, an nõ? an eſt quidã vt non, an eſt vt ſic? ſi autẽ dat aliquis nullo modo, ille autem diſputat, vtrum non ad intellectum diſputat, quamuis oratio videatur earum eſſe, quæ ad nomen ſunt? Non igitur eſt genus aliquod orationum ad intellectum, ſed illæ quidem ad nomen ſunt: & huiuſmodi, non omnes, nõ q; redargutiones, ſed neq; apparentes redargutiones: F nam ſunt & non propter dictionem apparentes redargutiones, vt quæ propter accidens, & reliquæ. Si autẽ poſtulet diuidendum, q; dico quidem ſilentia dicere: hæc autem ſic, illa vero non ſic, id profecto primum, abſurdum poſtulare: nam qñq; nõ videtur interrogatũ multipliciter ſe habere, atqui impoſsibile eſt diuidere, qui non putat. Deinde docere, quid aliud erit? manifeſtum enim faciet quonã pacto ſe

habet

G habet ei, qui neq; cõſiderat, neq; ſcit, neq; opinatur q̃ aliter dicitur, quia & in nõ duplicibus qd ꝓhibet hoc facere: vt putas ęquales ſunt vnitates binarij̃s, ī quaternarij̃s: ſunt aũt hi binarij̃ qui dem inexiſtentes, illi aũt nõ ſic: & putas contrariorũ vna eſt diſciplina, an non? ſunt aũt cõtraria hæc quidem nota, illa autem ignota: quare videtur ignorare, qui hoc poſtulat, q̃ aliud eſt docere q̃ diſputare: & q̃ oportet quidem docentem non interro-
H gare, ſed eum manifeſta facere, illum autem interrogare.

Sermo de Elenchis, quorum aliqui ſunt in dictione, & alij extra dictionem. Cap. 9.

MAnifeſtum aũt eſt, q̃ ſermo diuidit̃ in duas partes, quia aliquid eius eſt, quod ſignificat ſm ſignum loquentis, & illa eſt ſignificatio, quæ appropriat loquentẽ, & aliquid eius eſt, quod ſignificat ſm modum nominis, & illa eſt ſignificatio, quæ appropriat audientem: fallacia aũt eſt proueniens pp̃ ſignificationẽ
I ipſius auditi, non pp̃ ſignificationẽ ſigni, ſicut quidam hoĩes putauerũt hoc, per quod inſinuatur Plato. Ipſe enim errauit, quia putauit, q̃ dictio diuidat̃ in iſtas duas partes, inquantum ipſa eſt dictio, adeo q̃ eius ẽ aliquid, quod ſignificat, ſicut ſignũ loquentis, & ei⁹ eſt aliquid, quod ſignificat, ſicut nomen æquiuocum apud audientẽ, quia in vna eadẽ dictione aliq̃ reperitur, q̃ ei⁹ ſignificatio ſit ſm ſignum loquẽtis apud audientẽ, & aliq̃ ſit eius ſignificatio ſm auditum noĩs, non ſm ſignũ loquentis.

Quando aũt quiſpiam interrogaret K
reſpondentẽ de aliqua propoſitione ſm nomen æquiuocum, intelligeret hic reſpondens vnã intentionẽ ex intentionibus, quibus ſignificaret, offendet aũt eum interrogans pro alia intentione præter iſtam intentionẽ & decipiet eum. Eius itaq; ſignificatio ſm auditum apud interrogantẽ, erit aliud ab eius ſignificatione ſm ſignũ reſpõdentis & eius æſtimationem: q̃n vero neq; reſpondens neq; interrogans intenderit de noĩe vnũ ſignificatum, illius ſignificatio cum ſigno loquentis eſt eius ſignificatio apud audientẽ, ſiue nomen æquiuo L
cum ſignificet plura, ſiue vnum, q̃n vero neq; interrogans, neq; reſpondens intelligeret ex eo, niſi vnum ſignificatũ, eius ſignificatio ſm ſignificatũ quod eſt in aĩa erit eius ſignificatio ſm auditum. Iam aũt accidit nomini q̃ dicat̃ de pluribus rebus, & ſint duæ ſignificationes eius vna, hoc eſt, ei⁹ ſignificatio ex parte qua auditur, & eius ſignificatio ex parte qua proferunt ꝓpſum intentionẽ, quæ eſt in anima, & hoc, q̃n interrogans & reſpondens ex iſta dictione intelligunt oẽs intẽtiones, quibus di-
citur hoc nomen, ſicut interogabat M
Zeno, putans q̃ ens ſit vnum ſm qđ eſt plura apud ipſum ſm ſenſum. Interrogans autẽ intelligit ex dictione entis, id quod intelligit Zeno, & ex intentione vniusid, quod intelligit Zeno, & reſpondet, q̃ ens ſit vnum, quia ſignificatio auditi eſt eadẽ ſignificationi eius, quod eſt in ſigno ſignificationis loquentis. Propterea, ſi diuideremus dictiones, diceremꝰ, q̃ quædam earum ſit ſm nomen, & quædam ſm ſignum, quod eſt ſignificatum, ſicut decernit diuiſio eſſen-

tialis

A tialis rei, adeo ꝙ nõ ſit aliq̃d vlteri⁹. Sicq; iã diuiſim⁹ rationẽ ex dictiõe audita, quia rõ dictiõis ſit ſm qđ eſt in aĩa: qñ aũt tablata fuerit eius ſignificatio, q̃ eſt ei ſm ſignũ, tunc nõ denominat dictio, ꝙ ſit deceptiua, neq; ꝙ ſit nõ deceptiua, quia ambæ iſtæ denominationes cõſequent ex parte qua ſignificãt id, qđ eſt in aĩa: ſicq; nſa diuiſio in id, qđ eſt in ſigno & ĩ id, qđ eſt ſm auditũ, ſiſis ẽ diuiſioni ex diuiſionib⁹ in id, qđ eſt ſignãs, & in id, qđ eſt auditũ, nõ ſignans ſolum. Dictio aũt ex pte, qua auditꝰ nõ hẽt ingreſsum in ſophiſticã, neq; in B priuationẽ ſophiſticę, ſicq; ſequit falſum ex diuiſione dictionũ iſta diuiſione, & ſequit ꝙ fallacia ex pte auditi ad eã, q̃ eſt ex pte interrogatiõis differãt: ſicq; fallacia ſm ſe totã diuidit in res ex pte noĩs æquiuoci ſolũ, aut ex parte dictionũ auditarũ, ſiue dictio fuerit nomẽ æquiuocum, aut aliud ab eo, qm̃ ſpẽs fallaciarꝫ dictionum ſunt multæ. Et hoc, qa iſti viſi ſunt ſibi, ꝙ fallacia in ſyll'o ſit ꝓpter æquiuocationẽ in cõpoſitione, & ſit in reb⁹ ſeparatis, q̃ ſunt partes ſyll'i. Et ꝓp æquiuocationẽ nominis ſimplicis viſum eſt ſibi, ꝙ fallacia æquiC uocationis ſit pp dictionẽ anditã, & ideo q̃ intenderit fallaciã, & poſuerit eam pp æquiuocationẽ nominis auditi, ſicut fecerat Plato, eſt in vltimo erroris, quia apparet ꝙ ſint hic multa deceptiua abſq; noĩe æquoco ſimplici, & ex ipſismet reb⁹ ĩ ſe abſq; ꝙ ſit ibi fallacia propter dictionem.

Qđ oportet pnoſſe ſyllum, & cõtradictoriũ priuq̃ addiſcat elenchus.

Plato aũt male fecit in diſciplina, qñ viſus eſt ꝙ docere elenchos, & fallacias præcedat, quid ſit ſyll's verus, & quid ſit cõtradictorium verum, qm̃ elenchus deceptiuus eſt ſyll's, de quo putatur, ꝙ ſit ſyll's & nõ eſt ſyll's, aut eſt contradictorium, quod putatur, D ꝙ ſit contradictorium, & non eſt cõtradictorium. Deceptorij autẽ ſunt pp errorem ſyll'i, aut pp errorem cõtradictorij, aut propter ambas res ſimul: ſic qñ neſciret aliquis, quid ſit ſyll's verus, & contradictorium verꝫ, impoſſe eſt ꝙ conſtet ei fallacia taliũ locorũ, licet fuerit fallacia cadens in eis pp dictiones tãs, ſicut dicunt hic de exemplo fallaciæ cadentis pp dictionem in cõtradictorio ſermonis dicentis, tacens loquitur, loquens autem non tacet, tacens itaq; nõ tacet. Illæ itaq; duæ non ſunt contradictoE riæ, quia tacens in actu nõ erit tacẽs in futurum. Exemplum aũt fallaciæ pp dictionem ſm formam ſyll'i eſt ſermo dicentis, ꝙ poema metricum ſit figura ſm hanc diſpõnem, quia ambæ prẽmiſſæ acceptę in hoc ſyll'o ſunt verę, ſed nõ conueniunt in vno termino niſi ſm dictionem tantum. Illi aũt, qui neſciret ꝙ in ſyll'o conueniant ambæ præmiſſæ in vno termino ſm rem non ſm dictionẽ, non conſtaret modus fallaciæ pp dictionem huius ſermonis. Exemplũ autẽ illius, in quem cadit fallacia ambob⁹ modis ſimul, hoc eſt, ſm cõtradictorium & ſm ſyll'm, eſt ſermo dicentis, F homo dat rem datam, res autẽ data eſt, quam non habet homo, ſicq; hõ dat rem, quam non habet: & annectit huic, ꝙ vitioſum ſit dare quod non habet, & ex hoc infertur ꝙ hõ det quod vitioſum ſit dare. Ille autẽ, qui receperit hunc ſyll'm, iam falleretur pp dictiones duob⁹ locis: quorum vnus eſt, ꝙ acceperit id qđ non verificatur de dictione, ꝙ ſit contradictorium eius, quod verificatur de dictione: ſecundus aũt eſt, ꝙ ipſe putauerit ꝙ non habẽs acceptum prę-

